This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

BL 1435-1435

Fr Cornelius Dielman Gandauus
Augustiniane Professionis.

Digitized by Google

5'00
FI

Digitized by Google

Pertinet ad Conuentum S. Augustin. Gand.

BL. 1455

SYLVA

PIORVM CARMINVM

F. Leuini Brechti,
Minoritæ Louanienſis.

CVM PRIVILEGIO
Triennali.

LOVANII.
Apud Ioannem waen,
Bibliop. Iurat.
Anno 1555.

122. A

Digitized by Google

Digitized by Google

INSYLVAM F. LEVINI BRECHti Carmen Laurentij Dacholij.

Viſquis ſideream cœli contendis ad arcem,
Seria quẽ vitæ cura perennis habet,
Hanc (moneo) Syluam ſubeas, totamque pererres,
Qua patet ad ſuperos ſemita certa lares.
Non inſtructa cibo ſit pera, lagena falerno,
Terrenis ſit hæc ſollicitudo viris.
Grata tibi affundet gradienti fercula tellus,
Oraque anhela ſuæ fonte rigabit aquæ.
Non hîc caſtaneæ deerunt, non aurea mala,
Non quicquid ſucco iam meliore placet,
Arborei vbertim præbebunt omnia rami,
Et laſsis aderit nectar & ambroſia.
Medorum ſyluæ ditiſsima munera iactant?
Diuitias veras hæc tibi Sylua dabit.
Si nemora Ethiopum tenera lanugine canent
Materiam vt valeant veſtibus ipſa dare.

Digitized by Google

Mollia si syluis debent sua vellera Seres
Vnde suum vestis Serica nomen habet,
Laudibus haud ideo concedit nostra superbis
Sylua, sed his titulis splendidiora gerit.
Nam potes hinc mollem digitis depectere lanã
Velleraque Alpina candidiora niue.
Scilicet insontis candentia tegmina vitæ,
Tegmina contra hostes arma futura tuos.
Dodonæ syluam mirata est vana vetustas,
Credidit & quercus verba sanare Iouis:
Hæc tibi vera dabit supremi oracula regis,
Ambigua quæ non fallere voce queant:
Vmbrosos teneant fallacia numina lucos,
Sylua tegit verum frondibus ista Deum.
Frigescit summi si mens in amore parentis,
Hinc alimenta, quibus fota calescit, habes:
Bilis inardescit? vel amor te exurit habendi?
Hinc labentis aquæ frigore flamma perit:
Deniq; te vexant alijs vitia horrida morbis?
Omnibus en præsens hîc medicamen habes.
Ergo age, perge audens, nusquã vestigia siste,
Nec turbent animum compita multa tuum:
Exitus est idem multarum fide viarum,
Et duri cœlum meta laboris erit.

Digitized by Google

¶ MVLTIS

NOMINIBVS ORNATISSIMO VIRO, DOMINO GVILIELMO à Pictauia Præpositо Furnensi,& Archidiacono Famennæ in Ecclesia Leodien.Morinensi Episcopo designato, Frater Leuinus Brechtus.

S. D. P.

VO es animi candore morumq; comitate boni consulas oportet,vir ornatissime,quòd Syluam nostram inscio & nihil tale suspicanti tibi dedicare voluerim. Adeò enim cõsilij me huius nõ pœnitet, vt rectissimè mihi feciſſe videar,qui te incõsulto hoc egerim: ne pro tua modestia fortasse prohiberes quod in pietatis tuæ commendationẽ parari compe rísses.Ita namq; ingeniũ habent omnes vere pij,vt ab encomijs abhorreant,& cùm laudandá plæraque faciant,laudari se æquanimiter non ferant. Alioqui labores nostros R.D. T. probatum iri non dubitabam, vt qui fermè de corruptis hominum affectibus & studijs differát,& circa ea vitia sugillanda & curanda versentur, quæ charitati tuæ in

Digitized by Google

nõ paucis magnoperedisplicent. Imò sic animo tuo molesta sunt, vt hactenus non peperceris tibi, si qua eis ratione mederi posses. Verum quid facias vltrò & pertinaciter ad exitium proruentibus? qui bene consulenti non solum non habent gratiam, sed deteriores etiam officijs facti odium pro dilectione retribuunt? Nec mirum sanè, tam male eos rependere hominum in se studia, cùm diuinis quoq; beneficijs ingratissimè, nec terreantur minis, nec corrigãtur flagellis. Percussisti enim eos Domine & non doluerunt: attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Percussisti, inquam, & nonnunquam atteris varijs incommodis languoribus ac damnis, terruisti aliquoties acerbissima quæque & extrema comminatus, & tamen iusta in his iudicia tua nec agnoscunt, nec expauescunt. Gens enim est absque consilio, & sine prudentia, quæ præsentibus toto corde inhærens, æterna nec considerat, nec metuit, nec curat. Rursus (quo amas affectu caducum plasma tuum) indulsisti genti domine, indulsisti genti, sed nunquid glorificatus es? Indulsisti sæpius omni venia indignissimis, peperciſti non semel pessima quęque promeritis, tribuisti largissima ad resipiscendum tempora à te prorsus alienatis: si fors patientia & benignitate tua victi in toto corde reuerterentur ad te. Misereris enim omnium, qui nihil odisti eorũ

sti eorum quæ feciſti, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam qui amas animas. Sed nùm poſt hæc omnia, vel lenitas illos tua ad te redamandum pellexit, vel iuſta ſeueritas ad ſalubrem metum & pœnitentiam impulit? An non magna eorum pars qui te ad iram prouocare non ceſſant, diuitias bonitatis & longanimitatis tuæ cõtemnunt, & ad liberius peccãdum longa malorũ impunitate abutũtur? Infixi (prò dolor) fecibus ſuis occaſiones non reſecant, offendicula non minuunt, pericula amãt, & in eis pereunt, atq; adeò peccatum ſuũ quaſi Sodoma prædicãtes intrepidè & mordicùs priſtinis flagitijs inhærent. Fruſtra illis ingerũtur promiſſa & minæ tuæ, qui ſe totos auariciæ, luxui, & immũdiciæ tradiderũt. Mẽte enim & moribus corrupti proficiũt in peius, & deſperãtes ſe rectius poſſe viuere nihil obſcurè tibi dicunt, ſcientiam viarum tuarum nolumus: Poſt cogitationes enim cordis noſtri ibimꝰ, & vnuſquiſq; prauitatẽ cordis ſui mali faciemus: Et erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius, donec hìc viuemꝰ. Videlicet excęcauit eos malicia eorũ, vt nõ videãt quo ſe deijciant, longoq; peccandi vſu & libidine ebrij, non curant quo proruãt, modo animo ſuo faciant ſatis, tantum abeſt, vt meliora ſerio proponant, Cæterũ cum ſint inter flagitioſos aliquando nonnulli, qui nondum indurauerunt facies ſuas ſuprà pe

Digitized by Google

nõ paucis magnoperedisplicent. Imò sic animo tuo molesta sunt, vt hactenus non peperceris tibi, si qua eis ratione mederi posses. Verum quid facias vltrò & pertinaciter ad exitium proruentibus? qui bene consulenti non solum non habent gratiam, sed deteriores etiam officijs facti odium pro dilectione retribuunt? Nec mirum sanè, tam male eos rependere hominum in se studia, cùm diuinis quoq; beneficijs ingratissimè, nec terreantur minis, nec corrigãtur flagellis. Percussisti enim eos Domine & non doluerunt: attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Percussisti, inquam, & nonnunquam atteris varijs incommodis languoribus ac damnis, terruisti aliquoties acerbissima quæque & extrema comminatus, & tamen iusta in his iudicia tua nec agnoscunt, nec expauescunt. Gens enim est absque consilio, & sine prudentia, quæ præsentibus toto corde inhærens, æterna nec considerat, nec metuit, nec curat. Rursus (quo amas affectu caducum plasma tuum) indulsisti genti domine, indulsisti genti, sed nunquid glorificatus es? Indulsisti sæpius omni venia indignissimis, pepercisti non semel pessima quęque promeritis, tribuisti largissima ad resipiscendum tempora à te prorsus alienatis: si fors patientia & benignitate tua victi in toto corde reuerterentur ad te. Misereris enim omnium, qui nihil odisti eorũ

sti eorum quæ feciſti, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam qui amas animas. Sed nùm poſt hæc omnia, vel lenitas illos tua ad te redamandum pellexit, vel iuſta ſeueritas ad ſalubrem metum & pœnitentiam impulit? An non magna eorum pars qui te ad iram prouocare non ceſſant, diuitias bonitatis & longanimitatis tuæ cõtemnunt, & ad liberius peccãdum longa malorũ impunitate abutũtur? Infixi (prô dolor) fecibus ſuis occaſiones non reſecant, offendicula non minuunt, pericula amãt, & in eis pereunt, atq; adeò peccatum ſuũ quaſi Sodoma prædicãtes intrepidè & mordicùs priſtinis flagitijs inhęrent. Fruſtra illis ingerũtur promiſſa & minæ tuæ, qui ſe totos auariciæ, luxui, & immũdiciæ tradiderũt. Mẽte enim & moribus corrupti proficiũt in peius, & deſperãtes ſe rectius poſſe viuere nihil obſcurè tibi dicunt, ſcientiam viarum tuarum nolumus: Poſt cogitationes enim cordis noſtri ibimꝰ, & vnuſquiſq; prauitatẽ cordis ſui mali faciemus: Et erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius, donec hîc viuemꝰ. Videlicet excęcauit eos malicia eorũ, vt nõ videãt quo ſe deijciant, longoq; peccandi vſu & libidine ebrij, non curant quo proruãt, modo animo ſuo faciant ſatis, tantum abeſt, vt meliora ſerio proponant, Cæterũ cum ſint inter flagitioſos aliquando nonnulli, qui nondum indurauerunt facies ſuas ſuprà pe

Digitized by Google

trã,hos ex professo petimus,his extimulan dis quas possum⁹ machinas adibemus,si quo modo illorũ animis efficaciter possimus irrepere. Hoc vnũ proinde sedulò vrgemus,vt ad miserandæ sortis suę agnitionẽ,Deo suffragante,perueniant,& cæcitatis suæ ignominię ac periculorum admoniti coram Deo saltem erubescere, & horrendum illius iudicium pauére discãt. Adiecimus inde expositis malorum radicibus oportuna alicubi remedia, vt si quãdo dominus illorum mẽtes dignabitur tangere & immutare, paruo negocio colligere possint,quid eis fugiendũ sit & agendum,quo de profundo malorũ facilius emergant. Tametsi enim solius Dei sit iustificatio impij, & nemo corrigere possit, quem ille despexerit,ipsius tamẽ gratiæ pro ratione accepti talenti sedulo cooperari oportet,si fideles nos seruos & dispensatores velimus cõprobare. Longè autẽ maiori alacritate & fiducia omnes ad hoc neruos pij intenderent,si vberior eis spes curandi morbidas oues adfulgeret. At nunc quid mirum, si nonnunq̃ remissius instent? cùm videant plærosq; tam cæcos,vt vix vllum sibi peccandi modum statuãt:quod falsò existimẽt, se posse quouis tempore pro suo nutu conuerti. Hac enim persuasiõe fascinatis quid facias, aut quando bene monenti auscultabunt,qui salutem infœlicis animæ non tam negligunt quàm contemnũt,aut certe inter

curas

curas postremam habent? Ego (inquit beatus Augustinus) cum amatores huius seculi intueor, nescio quando possit esse ad eorum sanãdos animos oportuna sapientia. Quãdo enim res velut prosperas habẽt, fastu respuũt salubres monitus, & quasi anilem reputant cantilenam. Quãdo autem in aduersis agũt, magis cogitãt euadere vnde angũtur, quàm capere vnde curẽtur, & vnde perueniãt, vbi omnino angi non possint. Ecce cęcitatẽ filiorũ huius seculi, quã vt iam pridem in Euripo adumbrauimus, ita nunc in plęrisque Syluæ locis luculẽtius aperimus. Verum ne de omnium veluti salute desperantes à fraternæ charitatis officijs prorsus cessemus, quid idem doctor subiungat audiamus. Aliquando tamen, inquit, quidam cordis aures admouẽt veritati, rariùs inter prospera, crebriùs inter aduersa, sed tamẽ pauci sunt, ita enim & prædicti sunt. Hactenus ille, epist. 82. ad Largum. Quidam dicit, ijq; pauci, & inter aduersa aures adhibent veritati. Sola enim vexatio dat intellectũ auditui, & mala quę nos hîc premunt, ad Deum ire cõpellunt. Compellunt autem eos ferè (quantum sapio) qui aliquando bene instituti in peruersos & improbos incidunt, quorum pestilenti conuictu corrupti sensim in omnem nequiciam ac turpitudinem pertrahuntur. Hos enim benignissimus Dominus nõnunq; piè dignatur aspicere, dũ in funesto porcorum

Digitized by Google

rum paſtu, execrabili fame pereũt, nequicq̃ æſtuantes fœdiſſimis ſe voluptatibus exple re: quæ reuera inſatiabilem ardorẽ pudendæ libidinis iritãt magis q̃ mitigãt, cũ nulla interim ratione extinguere poſſint. Feciſti enim nos domine Ieſu ad te vnũ amãdũ, amplexandũ & perfruẽdum: & inquietũ eſt cor noſtrũ, etiã ſi totũ mũdũ poſſideat, donec placidè & ſtabiliter requieſcat in te. Aſpicit aũt, vt perditũ illũ in Euãgelio adoleſcẽtẽ clemẽtiſſimus pater, dũ ab eius timore & amore adhuc pcul ſunt, nunc tẽporalibus dãnis, nũc acerbis languoribus affligẽdo, nũc in graui qualibet anguſtia poſitis ingerendo timorẽ mortis, terrorẽ iudicij, horrorem frigoris & ignis ſempiterni. Alijs verò ſucceſſum incarnis deſiderijs negãs, dũ malè cõcupitas illecebras plurimo felle fermentat, quid aliud q̃ auſtero & inamabili, ſed ſaluberrimo pharmaco ad ſanioré mentẽ reuocare cõtendit? Nimirũ vt frequẽtibus conſcientiæ ſtimulis fatigati, ſentiãt & agnoſcãt q̃ malum & amarũ ſit eis dereliquiſſe dominũ Deũ ſuũ: & memores facti tráquilliſſimæ olim vitæ, ad fœlicia illa innocuæ ætatis tẽpora ac ſtudia ex intimis pręcordijs ſuſpirẽt. Annos intelligo puerilis innocẽtiæ, vel primi feruoris, dũ facili rudiq; victu cõtenti, qd eſſet ſecũdũ carnẽ viuere fœliciter ignorabãt, dũ à mũdi curis & cõcupiſcẽtijs alieni, vni Deo in innocẽtia cordis ſeruiebãt: dũ literarũ ſtudijs addi-

cti,

Digitized by Google

cti, qd esset seruire vẽtri, auaritię, ambitiõi, immũditiæ & impudicitiæ vsu nondũ didicerãt. Ecce ego, inqt, sepiã viã tuã spinis, & sepiã eã maceria. Et dicet: Vadã ad virũ meũ priorẽ: quia bene mihi erat tũc magis q̃ nũc, Ose. 2. Ecce ego dicit Dominus, ô mẽs ingrata & perfida, quæ me derelicto sperasti te aliquid melius inuẽturã, sepiã viam tuã spinis, hoc est, plurimã tibi difficultatẽ & amaritudinẽ ingerã, ne libere possis carnalibus desiderijs tuis frui. Et sepiã eã maceria .i. varia impedimẽta & odiosas remoras infreni cõcupiscentiæ tuæ obijciã, ne possis ea opere nefario implere, ad quæ cœco ardore proruis. Nũc enim inuitæ tibi occasiones & fomẽta nequiciæ subtraham: nũc immisso graui pudore, timore & angustia velut obiectis quibusdam repagulis lasciuiæ tuæ impetum sistã. Non dabo, inq̃, optatũ in flagitijs successum, vt plenè te expleas & securè in illis conquescas. His autem difficultatibus pressa præuaricatrix anima, & id genus afflictionibus cõstrictus peccator dicet: Vadam ad virum meum priorem, dominum Iesum legitimum fidelis animæ maritum: Quia bene mihi erat tunc, dum sub cura piorum parentum, & fidelis magistri positus ambulabam coram Deo in simplicitate cordis, delectabar salutaribus monitis concionibus & libellis: fidis animarum medicis crebro & syncere arcana cordis pandebam

magis

magis quàm nũc, cùm deditus quotidianis cõmeſſationibus & largioribus poculis,crebris exagitatus contentionibus & æmulationibus,diſſidijs & ſimultatibus,totus deniq; immerſus cubilibus & impudicitijs mi ſerè tabeſco & computreſco in ſordibus meis. O q̃ ſalubris meditatio, & ad permouẽdos ſanabiles animos efficax,quamq; miris modis nec infrequenter hæc & iſtis ſimilia,quorũdam mentibus ingeruntur vel inuitis. Quibus vtinã dominus Ieſus digne tur aperire ſenſum,vt vim ſcripturarum intelligãt: ſuoſq; eis affectus,æſtus & ſtimulos cõponentes,cum tremore agnoſcant,quantum boni dominus peccatoribus illis præſtet, quos peccatis ſuis ſuauiter indormire non ſinit. Ecce quibus labor hic noſter potiſſimum deſudat, ijs nempe omnibus qui bonum Dei donum aliquando guſtauerunt, & mundi carniſq́ue illecebris faſcinati,charitatem ſuam primam reliquerunt. Quibus ego priſtini feruoris & innocentię refricandam ſubinde memoriã exiſtimo,vt vel moniti videant vnde exciderint, & vbi nunc ſint proſtrati. Nã ſi plenè (vt fit) reſipiſcere nondum poterunt,teſtimonio ſaltem conſcientiæ ſuę conuicti,nonnunq; grauiter ingemiſcent: quod abiecto placidiſſimo iugo cœleſtis regis ſub atrociſſimo tenebrarũ principe præduram & oppidoquàm pudendam ſeruitutem ſeruiant. Nec diffiteri poterunt

nos

nos hic veriſſima ſcribere, qui diuini ſpiritus dulcedinem aliquando delibarũt: & nũc menſis cubilibuſq; adfixi Baccho litãt & veneri, grandique ſtudio incumbunt honoribus & diuitijs accumulandis. Quid enim veræ ſuauitatis, quid ſyncęræ cõſolationis vel ſolidæ quietis, imò quid non plurimo felle amaricatũ in ſordidis ſuis voluptatibus inueniunt? de quarum abominabili fœditate meritò erubeſcerent, ſi ad ſanctiſſimos illos oculos intuentis omnia cõuertere ſe vellẽt. Ceterum cùm ſint plærique, quibus iam frõs mulieris meretricis facta eſt, fit iuſto Dei iudicio, vt non leues nequitiæ ſuæ pœnas & hic pendant & inenarrabiles alibi expectare cogantur. Hic quidem ab implacabili mortis præfecto, acerbiſſima ſeruitute oppreſſi, & non *raro* grauibus & pudendis morbis vexati: in gehenna verò, niſi verè & tempeſtiuè reſipuerint, æternis cremanda incẽdijs hauddubiè ſtipula futuri. Nec priùs illud negare poſſunt, quotquot carnis corruptelæ aliquãdiu ſeruierũt. Quemadmodum enim placidiſſimus animarum ſponſus dominus Ieſus crebro athletas ſuos vngere & blandiſſimè conſolari gaudet, ita immitiſſimus ille inceſſabilis delicti exactor, viliſſimos perfugas in luto & latere ſeruire cogens perpetua fame & inquietudine affligit. Si quis hic mihi credere cũctatur penitiùs, oro, mecum perſpiciat miſerã & verè miſerabilem eorũ ſerui-

seruitutem, qui nonnihil deguſtato ſpiritu relabuntur ad eã quæ in mundo eſt cõcupiſcentiæ corruptionem. Ego quod dixi velut protenſo iudice monſtrare aggredior. Propone tibi adoleſcentem ſeu puerum quempiã præclaræ alioqui indolis, nec infœliciter inſtitutũ: propone iuuenẽ literis linguiſque egregiè inſtructum, qui frugi videatur & probus: propone virum humano iudicio cordatum & venerabilem Eccleſiæ miniſtrũ, atq; adeo ſacerdotem Dei viui. Hos itaq; ſi nullo impellente, cogente vel prouocãte ea in abdito cubiculi ſeu conclauis ſui, ſed coram oculis diuinæ maieſtatis, ſpectãtibus ſanctis angelis, applaudentibus nequiſſimis dæmonibus, cœlo & terra teſtibus, admittere videas quæ præſente vel abiectiſſimo ſcurra non ſubterfugerent modo, ſed plurimum etiam facere abhorrerent: num tu iſtos libidinis ſuę ſeruos eſſe & quidem miſerrimos negabis? Non arbitror, niſi non memineris dominicæ illius ſententię: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: vel ipſe tam inſons fortaſſe ſis, vt nihil vnquam tale fueris expertus. Iam ſi iſta non ſemel atque iterũ validæ tentationis pondere oppreſſos, ſed pene quotidie, imò & pluries per diem turpiter & ardentiſſimè in ſe operari conſpicias, an tu vllius mancipij ſeruitutem huic tam pudendę conferendam iudicabis? Non opinor, niſi corrupto mentis palato prorſus

ſus deſipias, & implacabilis tyranni diaboli imperijs parére, leue exiſtimes. Quis enim generoſi ſpiritus & verè prudens non intolerabile ducat? perpetua fallacium ſiliquarū fame torqueri, diabolicis ſuggeſtionibus vbique obnoxium & obtemperantem nunq̄ vera animi pace frui, iugiter inquietum & anhelum nullum ſibi peccandi modum poſſe præfigere: Verè impij quaſi mare feruēs, (vt inquit Propheta) quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Iuſſiſti enim domine & ita eſt, vt pœna ſibi ſit omnis animus inordinatus: nec exiguū vel mediocre ſuppliciū eſt varijs flagitijs cōſpurcatum Nocte dieq; ſuum portare in pectore teſtem. Non deſunt pręterea (vt de poëticis figmentis aliquid ſacris admiſceam) ſuæ perfidis & infœlicibus transfugis diræ, & vltrices ſcelerum furiæ, eæque funeſtis facibus & anguineis flagris armatæ. Quis enim cordatus nō perſpiciat eos intēperijs Eumenidum exagitari, dum longo peccandi vſu peſſimis deſiderijs perpetuo flagrant, dum inſatiabilis concupiſcentiæ duriſſimis torrentur incendijs, dum laſciuæ carnis adacti ſtimulis ilico ad opus nefarium cæco impetu proſiliunt, dum nihil denique quātumuis fœdum & abominabile, vt momentanea ſe voluptatula eaq; ſordidiſſima oblectent, intentatum relinquūt?

Vtinā

Vtinam hic oculos aperiant, quos propius ista perstringũt, & depulsa mentis caligine indignissimam captiuitatis suæ seruitutem fixius contemplentur. Vah, quàm pudendũ & detestabile facinus, abhorrente natura, reluctãte genuino pudore, oblatrante acriter conscientia, reclamãte gradu, professione & ordine, prohibente vtriusque testamenti pagina, obuersante nonnunq; ante oculos mortis & gehẽnę graui horrore, domino deniq; in scripturis ęterna supplicia, stagnum ignis & sulphuris, spiritum procellarum, vermem nunquam moriturum, atq; adeo ignis illius inextinguibilis perpetuos ardores terribiliter comminante, nihil horum morari, sed ad fœdissima quæque perpetranda leuissimę tentationis impulsu transuersum & præcipitem rapi. O cœcitatem mentis, ô vecordiam, quàm indignum Christiano pectore, nihilo moderatiorem esse in seq[illegible]da infreni sua cõcupiscentia quibúsuis animãtibus brutis, quibus nec ratio est nec intellectus! An non graui lethargo oppressus est, & longè miserrimus, quisquis tam indigna in se non agnoscit, non exhorret, non execratur, non frequenter & anxiè deplorat? Deo enim mortuus omnem malorum sensum amisit, non aliter atque lætaliter vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es domine memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Blandiantur itaqne

miserijs & oblectentur sordibus suis quantum volunt, qui ducunt in bonis dies suos: modo non grauentur audire & expendere, quid de Gentium sapientibus scriptum reliquerit Apostolus. Reuelatur (inquit) ira Dei super omnem impietatem & iniusticiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniusticia detinét, quia quod notum est Dei manifestum est in illis, &cæt. Ecce diuinæ indignationis causam, audiamus nunc pœnam. Propter quod, inquit, tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immundiciam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Rom. 1. Terribilis profectò sententia, nec minus nunc respiciens doctos quàm veteres illos Philosophos, qui cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Timeant proinde eruditi, & quotquot præ alijs sapere videntur, ne iusto Dei iudicio tradantur & ipsi in reprobum sensum: si diuinæ gratiæ non responderint tam fructu bonorum operum, quàm syncerę pietatis nõ languido affectu. Quibus enim malis non afflliget Christianos, qui summa eius beneficia nec studiosè reuoluunt, nec dignè gratias agunt: cùm & ipsos æthnicos (qui ex operosa conditorum mole & pulchritudine agnitam conditoris maiestatem venerari & colere debuerant) tam horrenda olim cæ-

citate percusserit? Timeant, inquâ, docti ac sagaces, qui à studijs veræ pietatis cessant, aut certè remissius agunt, nequando illis diuina gratia meritò subtrahatur, qua spoliati protinus in omne genus vitiorum & sordium defluant. Non enim desunt & hodie (atque vtinam non sint inter Christi cultores plurimi) quos tradidit in corrupta & pestilentissima cordis eorũ desideria vltor ingratitudinis Deus, quibus veluti stimulis & facibus quibusdam adacti, in multiformem & abominabilem immundiciã miserabiliter propelluntur. Idq; tam insano impetu & ardore, vt grauissimis contumelijs (quęq; pudico & verecundo ingenio videatur prorsus intolerandæ) afficiant propria corpora & membra, quæ, iuxta Pauli sententiam, oportebat esse munda & electa templa Dei viui. En qualem iniquitatis suæ mercedem infœliciss imi desertores hîc referunt, dum traditi in reprobam mentem operantur & ipsi, quę sine iusto pudore nec nominari possunt. Et merito non dispari plectuntur pœna eisdem flagitijs obnoxij, qui veritatem Dei in iniusticia detinent, hoc est, iniqua voluntate cęcaq; libidine prohibent, ne internum lumen quod illis vbertim infudit Deus, exeat in dignos affectus & opera congrua iam notæ veritati. Non paulò enim ardentiùs amant, ac studiosiùs sequuntur egena, caduca, & mendacia creaturarum oblecta-

lectamenta, quàm summum illud bonũ bonorum omnium inexhaustam scaturiginẽ conditorem omnium rerum in secula benedictum. Propterea (vt prosequitur Paulus) tradidit illos Deus in ignominiosissimas illas passiones abominabilis immundiciæ & execrandæ molliciei, quibus assiduo vsu sic inflammatur & obtenebratur insipiens cor eorum, vt propemodum impossibile ducãt castè & piè vltrà in Christo viuere. En paleas, lutum, & lateres, fornacem Ægypti & Babylonicã captiuitatẽ. Nec desunt interim alij (ijq; non exigua multitudo) quos carnis concupiscentia fascinatos tenacissimis domi vinculis princeps tenebrarum constrinxit: quæ nisi spiritus domini subuertens mõtes & conterens petras potenter confregerit, sola (prò dolor) mors ad æternũ eorum opprobrium, pœnam, & luctum, dirumpet. Hi sunt nimirum, quos cum inculpata vitæ castimonia tanq; cœlestis regis peculiũ potissimũ deceret, eò se seruitutis & ignominiæ vltro abijciunt, vt (quod generosus & vere masculus animus indignissimũ ducat) mulieres dominentur eis: Mulieres, inquam, nec genere, nec opibus, neque adeo vlla virtute spectabiles: sed ferè propudiosæ, effrontes, diobolares, imperiosę, procacissimę. Quãtũuis tamẽ protriti pudoris sint & despicabiles, vbi perditè se amari senserint, quiduis libere & insolenter illis persuadent, præscri-

bunt & imperant, quorum animos illegittimi amoris nexibus captos tenent. O vere ſtolidos, cæcos, & vtrinque miſeros (quantumlibet alijs, ſibiq́ue prudentes videantur & beati) qui cum ab amicitia Dei, ſpiritalibus delicijs & ſpe regni exciderint, in idolis ſuis (quæ Deo poſtpoſito ſibi colenda & amplexanda elegerunt) vix quicquam ſyncæri mellis & gaudij inueniunt, fellis verò & abſinthij plurimum in nefando eorum obſequio deuorare coguntur. Cauſas autem tam grandium malorum has fermè eſſe arbitror, neglectum debiti honoris & cultus Dei, damnabilem incuriam & irreuerentiam in ſacroſancto eius obſequio, profundam obliuionem beneficiorum munificentiſſimi factoris, odioſam Deo & hominibus ingratitudinem. Quæ quidem non contemnendæ animorum peſtes, vt ex affluẽtia opum, honorum, deliciarum & mundanę proſperitatis oriri ſolent: ita ſecu laribus deſiderijs vitaq́; voluptuoſa foueri, & in deteriùs ſemper creſcere cõſueuerunt. Luculentus horũ teſtis eſt Moſes in Cantico: qui ſtudioſe enumeratis beneficijs veteri illi populo collatis ſubiungit: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ſuis ad iracundiam concita-

citauerunt. Ecce ingratiſſimæ gentis flagitia,& gradatim creſcentia mala, à quibus vtinam Chriſtiani ſint prorſus alieni :Inebriauit animas eorũ bonis, & prodijt quaſi ex adipe iniquitas,hinc procaciter & contemptim deſerto Deo,toto corde,ſtudijs,& moribus receſſerunt ab eo. Quo peruicaciter derelicto,ad peſſima quæque prolapſi, iritauerunt per idololatriam Deum viuentem. In ſumma:Saturauit eos,& mœchati ſunt, non tamen impunè tot mala patrarunt. Vidit enim dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij eius,& filiæ.Et dixit: Abſcondam faciem meam ab eis,& conſiderabo nouiſſima eorum. Quam ne quis pœnam paruipendam fortaſſe putet, audiat precor, quid dominus mox ſubdat: Ignis ſuccenſus eſt, inquit, in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Deuorabitq; terram cum germine ſuo,& montium fundamenta comburet. Congregabo ſuper eos mala,& ſagittas meas complebo in eis.Conſumentur fame,& deuorabunt eos aues morſu amariſſimo. Dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram atque ſerpentium. Deut. 32. Hei, quàm horrenda ſunt quę minatur,qui nullum nefas tranſire inultum patitur. Perditè, ac tantum non deploratæ ſit audaciæ oportet,quiſquis ſibi non minus quàm Iudæis hęc ſcripta in-

Digitized by Google

telligẽs nullo terrore concutitur. Equidem perditiſſimum reor, qui plurimorum ſibi fla gitiorum conſcius, id genus comminationes Dei viui quaſi nihil ad ſe pertinẽtes abſq; vllo horrore ſubinde legit & cantat.
Proinde cùm pauciſſimos hæc ſeriò expendere credam, liberet hunc & alia id genus loca diffuſius tractare, niſi merito vererer, nimiæ prolixitatis hic notari. Vnicum tantum verſiculum prẽmiſſis addam, quem nequeo prorſus intactũ præterire. Cùm enim mirabilem in ſe vim habeat & emphaſim, impenſe illum cuperem quorundam cordibus fortiter impreſſum iri. Cuius vtinam in intimis animi medullis energiam ſentiant quotquot Dei timore proiecto, ſe totos carnis & ſeculi deſiderijs tradiderunt. Is ſic habet: Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui. Acerrima profectò expoſtulatio, & ſi quæ alia ad mouendos vehementer affectus appoſitiſſima, modo penitius eam velint diſcutere, in quorum ingratitudinem iuſtiſſimè vibratur.
Quid enim vel indignius, vel intolerabilius, quàm fideliſſimum illum amatorem hominum, ab ijs potiſſimum negligi, faſtidiri, deſeri, in quos munificentiæ ſuæ dona vberius profudit? Audi itaque perfide, & ingemiſce, audi mortalium ingratiſſime, quo te verborum fulmine ſpiritus Dei petat, Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domi-

Digitized by Google

domini creatoris tui. q. d. Vah degener & periure desertor castrorũ Christi, qd fecisti? heu miser & ignaue perfuga, quo te ignominię & calamitatis vltrò abiecisti? Benignissimum illum largitorẽ omnium bonorum, dulcissimum animæ tuæ sponsum, speciosissimum forma inter filios hominum, præter omne fas & æquum turpiter deseruisti, & à factore regeque tuo desciscens, ad infestissimos eius hostes execrabili perfidia transfugisti. Deum, inquam, qui te genuit dereliquisti, qui corporis tui membra solus in vtero compegit, qui tibi spiraculum vitæ & animam sui capacem infudit, qui te spiritu suo illustratum mysticè regenerauit, & genuit, qui denique varijs te monilibus omne genus gratiarum & charismatum exornauit. Hunc itaque Deum tam multipliciter hactenus de te bene, imò optimè meritum, contemptim deseruisti, non aliter atque mulier perfrictæ frontis, quæ procaciter fastidit ac fugit amatorem suum. Hæc autem tam detestanda non vlla externa vi, vel mortis metu coactus, designasti: sed ab effreni concupiscentia tua, & putida carne miserè (prò pudor) seductus, impulsus, pessundatus. Libebat, scilicet vanissimas seculi pompas & illecebras sequi: sordidissimis te carnis voluptatibus explere: aliquot momentis in mundo hoc labili opibus & honoribus

Digitized by Google

telligẽs nullo terrore concutitur. Equidem perditiſſimum reor, qui plurimorum ſibi flagitiorum conſcius, id genus comminationes Dei viui quaſi nihil ad ſe pertinẽtes abſq; vllo horrore ſubinde legit & cantat.
Proinde cùm pauciſſimos hæc ſeriò expendere credam, liberet hunc & alia id genus loca diffuſius tractare, niſi merito vererer, nimiæ prolixitatis hic notari. Vnicum tantum verſiculum prẽmiſſis addam, quem nequeo prorſus intactũ præterire. Cùm enim mirabilem in ſe vim habeat & emphaſim, impenſe illum cuperem quorundam cordibus fortiter impreſſum iri. Cuius vtinam in intimis animi medullis energiam ſentiant quotquot Dei timore proiecto, ſe totos carnis & ſeculi deſiderijs tradiderunt. Is ſic habet: Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es domini creatoris tui. Acerrima profectò expoſtulatio, & ſi quæ alia ad mouendos vehementer affectus appoſitiſſima, modo penitius eam velint diſcutere, in quorum ingratitudinem iuſtiſſimè vibratur.
Quid enim vel indignius, vel intolerabilius, quàm fideliſſimum illum amatorem hominum, ab ijs potiſſimum negligi, faſtidiri, deſeri, in quos munificentiæ ſuæ dona vberius profudit? Audi itaque perfide, & ingemiſce, audi mortalium ingratiſſime, quo te verborum fulmine ſpiritus Dei petat, Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es domi-

domini creatoris tui. q. d. Vah degener & periure desertor castrorũ Christi, qd feciſti? heu miſer & ignaue perfuga, quo te ignominię & calamitatis vltrò abieciſti? Benigniſſimum illum largitoré omnium bonorum, dulciſſimum animæ tuæ ſponſum, ſpecioſiſſimum forma inter filios hominum, præter omne fas & æquum turpiter deſeruiſti, & à factore regeque tuo deſciſcens, ad infeſtiſſimos eius hoſtes execrabili perfidia transfugiſti. Deum, inquam, qui te genuit dereliquiſti, qui corporis tui membra ſolus in vtero compegit, qui tibi ſpiraculum vitæ & animam ſui capacem infudit, qui te ſpiritu ſuo illuſtratum myſticè regenerauit, & genuit, qui denique varijs te mo*nilibus* omne genus gratiarum & chariſmatum exornauit. Hunc itaque Deum *tam multipliciter* hactenus de te bene, imò optimè meritum, contemptim deſeruiſti, non aliter atque mulier perfrictæ frontis, quæ procaciter faſtidit ac fugit amatorem ſuum. Hæc autem tam deteſtanda non vlla externa vi, vel mortis metu coactus, deſignaſti: ſed ab effreni concupiſcentia tua, & putida carne miſerè (prò pudor) ſeductus, impuſus, peſſundatus. Libebat, ſcilicet vaniſſimas ſeculi pompas & illecebras ſequi: ſordidiſſimis te carnis voluptatibus explere: aliquot momentis in mundo hoc labili opibus & honoribus

Digitized by Google

florere, accumulatiſque certatim diuitijs ac delicijs, omnia pro temerarij ſenſus tui libidine & voto agere. Diſpice nunc, obſecro, mens infœlix quid egeris: quæ propter tam indigna & friuola hoſtem te Deo viuo & vero conſtitueris, ſpurciſſimis dæmonibus ludibrium feceris, & impuriſſimo adultero impune polluendam inſtar vilis ſcorti proſtraueris. Vide num exigua vel leuis ſit iniquitas tua, & deduc velut torrentem lachrymas, quæ non ſolum dereliquiſti parentem Deum, ſed (quod intolerandæ ingratitudinis eſt) oblita es inſuper domini creatoris tui. Non vno ſanè aut altero die, ſed, ſicut per Prophetam iuſtiſſimè conqueritur, diebus innumeris. Nunquid obliuiſcetur (inquit) virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? Populus verò meus, oblitus eſt mei diebus innumeris. Locus profectò inſignis, & cum ijs quæ præcedunt & ſubſequuntur mirabilis energiæ. O ſtupendam & vere ineffabilem diuinę erga nos maſuetudinis benignitatem. Negligitur, faſtiditur, cõtemnitur nõ rarò à ſeruis ſuis, quos cum iuſtiſſimè pro ſuo arbitrio abijcere poſſit & perdere, non dedignatur cum eis velut iudicio contendere, & iniuſtè ſibi fieri contumeliam probare. Imò quantumuis grauiter offenſus & iritatus, prior ad reconciliationem prouocat, & ad ſe fugitiuos, pluſquam paterno affectu, reuocare con-

contendit. Vulgo, inquit, dicitur: ſi dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nũquid reuertetur ad eam vltrà? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego ſuſcipiam te. O inexhauſtam abyſſum diuinæ miſericordię & pietatis: ſed reprimo me, ne prę-ter decorum epiſtola in volumen excreſcat.

Nunc vt ad te præſtantiſſime Domine reuertar, hoc quicquid eſt operis, duabus potiſſimum de cauſis R. D. T. dedicare volui. Prior eſt, quòd plæraq; omnia quæ ſtudioſè hîc congeſſimus, pietati tuæ gratiſſima fore confidam: vt qui non ſolum ſis de numero virorum gementium & dolentiũ ſuper vniuerſis *abominationibus* myſticę Hieruſalẽ, ſed *etiam* quatenus licet ex aduerſo aſcendas & opponas murum pro domo Iſraël: Altera eſt, quòd iampridem tacitus ſuſpiciã, venerer, & amem multiformia & inſignia in te dona Dei, quę nõ grauarer diffuſius hîc *recenſere*, ſi vel epiſtolaris anguſtia, vel tua id modeſtia pateretur. Cui autem rectius piorum carminum farrago nuncupetur, q̃ Eccleſiaſtico antiſtiti apprimè nobili & erudito? qui præter eximias naturæ dotes, (quas ſuperna gratia non parum exornat) zelo diuini honoris, inculpatis moribus, & inſigni pietate egregiè conſpicuus eſt & illuſtris?

lustris? Et alij quidem alia in te admirantur & prædicant: ego perpetuum illud & amabile studiū bene merēdi dē omnibus silendo prętерire nō possum: q̄ expedire putē, vt q̄plurimis innotescat. Non solū enim tua opera indigentibus affabilē te exhibes: sed etiā pro virili afflictos & egenos iuuare contēdis. Potissimū verò sacrarū literarū in re tenui studiosos fouere & prouehere gaudes: quos Louanio vicissim ad te accersis, vt honestè & liberaliter domi habeas: cū eis de studijs theologicis subinde conferas: & ante lucanas Deo preces multa adhuc nocte perfoluas. Nec tā tuū in hac re cōmodum, q̄ illorum & Ecclesiæ vtilitatem quærere comprobaris: quippe qui aliquādiu eorum opera vsus, vbi primum offertur occasio, ad Ecclesiasticos prouentus & officia, eos promouere consueueris. Quod vtinam omnes principes & Ecclesiæ proceres imitari vellent, & in conferendis Ecclesiasticis beneficijs, quàm minimum amicorum precibus, seruilibus obsequijs, carniq̄ue tribuerent & sanguini: plurimum verò probatis moribus, inculpatę vitę, syncęreq̄, eruditioni & pietati. Hac enim ratione & multorum scandalorum resecaretur occasio, & eos haberet Ecclesia ministros, qui se totos pijs studijs, rebusq̄ue diuinis sic darent, vt laudabilis etiam vitæ splendore communi populo prælucere possent. Qui tametsi carnalis

nalis plærumque est & crassus, veræ tamen virtutis exempla in Ecclesiasticis viris non illibenter videt, suspicit, exosculatur. Hoc autem aliquando futurum non desperamus, vbi R. D. T. cum sui similibus ad apicem Ecclesiæ euecta, verum se credito gregi exhibebit Episcopū, præclara illa munia Euangelici pastoris & præsulis multa cum laude & fructu exercens. Nihil enim triuiale, languidum vel remissum ab eo expectamus, qui tamdiu laudatissimo viro D. Theodrico Hesio conuixerit, qui fidelem se & strennuum diuini honoris & omnis boni prouectorem non paucis annis in Ecclesia Leodiēsi præsti terit, qui nō obscurū sui specimē in varijs officijs, & longinquis arduisq; legationibus hactenus dederit. Adiuuet obsecro & prouehat pios conat⁹ tuos diuina benignitas, vt in ijs quę ad eius gloriā pertinēt, nostrā & optimi cuiusq; expectationē vincere possis. Ego vt de immodica istius epistolę prolixitate deliberatiorib⁹ me purgē, ingenuè quidē fateor me hic parū seruisse decoro. Veniā tamē, spero, apud eos non ægre impetrabo, qui exactius mecū calamitates funestę istius tempestatis expēdunt. Quarū ego sanè nō alias esse causas suspicor, q̄ ea crimina, quę olim toti orbi terrarū diluuiū induxerūt, potissimum verò multiformē & abominabilē corruptelā oīs carnis. Quātopere enī execrabilis multorū immūdicia sanctissimo dño & electis eius sit exosa

exosa, quàmuis scripturarum studiosis non sit ignotum, indicabo tamen & breui exemplo. Venerabilis itaq; author libri Apũ F. Thomas à Cantiprato, hæc inter cætera de beata Christina: nomine & re verè mirabili, scripta reliquit. Extremo vitæ suę tempore similis erat illi, qui nimio dolore amẽs effectus est. Incedebat autem orans, plãgens, & mœrens, & cęt. Vnum erat quod miro eiulatu sępius deplangebat, videlicet, quòd totum ferè genus humanum effusionibus seminum esset corruptum, quapropter iram Dei toti penè Christianitati videbat citius imminere. Hæc ille. Dominus Iesus venerandam & amabilem D. T. Ecclesiæ suę diu seruet incolumem.

Louanij 11. Calend. Febr. Anno Domini 1555.

Digitized by Google

PRAEFA-TIO AD LECTOREM candidum & pium.

Ccipe iampridem promissæ munera Syluæ,
Carmina nõ modico scripta labore mihi.
Hunc quicunque librum Lector cordate reuolues,
Non tam Pieridum, quàm pietatis amans,
Ex quo nonnullos vt possis carpere fructus,
Grataque spiritui pabula & apta tuo.
Pone, precor, virgam censoris & ora seueri
Iudicij cohibens spicula acuta tui,
Consilij donec fuerit tibi cognita nostri.
Nõihil, & breuibus summa recluſa modis.
Paucula deterso præmittere verba rubore
Decreui, & mentem pandere simpliciter.
AEquior vt fias humili incomptoque libello,
Non faciat votis si satis ille tuis:
Et ne plus æquo forsan mireris, ineptus
Quòd pugil ad caueæ septa redire velim.

Cumq;

Cumq; tot ædantur, tot prostent vndiq; libri
Compositi à magni nominis ingenijs.
In dubiam rursus properem descendere arenã,
Præ multis docto pectore & ore viris.
Accipe chare proin veræ pietatis amator,
Scribendi fuerit quæ mihi causa rudi,
Scriptaque cur varijs perfossa & fœda lituris
Tradere iam cunctis discutienda parem.
Stridula displiceat ne lauto Musa palato,
Antè tibi constent quàm mea vota satis.
Crebra licet norim istius fastidia secli,
Et quas delicias lautitiasq; velit.
Nec quã curta domi mihi sit tenuisq; supellex
Verborum & rerum dissimulare queam:
Qualiacunque tamẽ vulgaris scripta monetæ,
Cunctorum volui subdere iudicio.
Non vt concinnis popularem versibus auram
Captarem, & blandi floribus eloquij;
Præclarumque mihi nomenq; decusq; parare,
In misero exigui temporis exilio.
Sed magis hoc vnum fixa sum mente secutus,
Hæc mihi sudorum causa scopusq; fuit,
Disceret vt facili studiosus carmine lector,
Mendaces carnis spernere delicias,
Deciduumq; vafri florem contemnere mũdi,
Quosq; offert fumos mentibus ille vagis.

Vtq;

Digitized by Google

Vtq; caducarum paſſus faſtigia rerum,
Corde ſuum toto quæreret vſque Deum,
Poſthabitisq; alijs mens ſuſpiraret anhela
Ad veras animi perpetuasque dapes.
Atque adeo vt quædã cæcæ inculcãda iuuẽtæ,
Quæ diuina mihi gratia noſſe dedit.
Omnibus his facerẽ communia qui pia ſcripta
Et monitus pluſquàm verba diſerta probãt.
Quæque meo didici non ſolum plena periclis
Eſſe, ſed & valde pernicioſa malo.
Incautæ pubi velut indice commonſtrarem,
Horreat vt carni ſoluere frena putri.
Hæc ego dũ meditor, dũ hoc vrgeo ſeduluſ vnũ,
Vocum lauticijs parcius incubui,
Nec tam mulcẽdas mihi ſumpſi ſuauiter aures
Verborum illecebra blandiſonisq; modis.
(Sit procul à noſtris ſemper iactantia verbis,
Ac de me liceat ſcribere vera mihi)
Quàm ſtudui vt ſtolidã poſſem cõuertere pubẽ
A vitijs, ſummi regis ad obſequium.
Nec rurſus mihi præcipua inſeruire decoro
Plurima tractanti primaq; cura fuit:
Sed magis in vanas vt ſenſim irrepere mẽtes
Cum blando rigidus poſſet amore timor.
Ille (inquã) timor ad Chriſti qui ducit amorẽ,
Iudicij & mortis corda ſubacta metu.

Suſcipe

Digitized by Google

Suscipe nostra proin vultu pie lector amico
Quæ tibi syncero corde legenda damus.
Forsitan inuenies, quæ perlustrasse iuuabit,
Quæque tuis studijs emolumenta ferant.
Vt discas autem, quæ sit farrago libelli,
Syluaque quos fructus proferat ista tibi.
Dispice quàm varij turbent nos vndiq; motus,
(Vt sumus hîc multis casibus expositi)
Quotq; gen⁹ nostrũ versẽt mala, tædia, pugnæ,
Donec in hoc tristi viuimus exilio:
Diuersos etenim affectus, discrimina, curas,
Errores hominum, prælia, vota, cruces,
Tristia, læta, preces, hymnos, spes, gaudia, plã-
Cõfuso hîc quãuis ordine sparsa leges, (ctus
Non temerè vt nomen possis agnoscere Syluæ,
Tam vario à nobis esse operi impositum.
Nil tamen occurret (spero) quod lædere possit,
Interpres modo sis candidus atque pius.
Putida doctrinæ nec enim fermenta recentis
In nostris vsquam versibus inuenies,
Qualia adhuc vapido nõnulli è pectore ructãt
Instabilis populi pernicios a lues.
Sub libertatis specioso nomine falsæ,
Qui vera instillant plæbi aconita leui:
Vt quibus hoc studiũ est blãdis seducere verbis
Præcipitis vulgi corda animosque rudes:

Non

Nolidæ hîc etiam Veneris lususq; iocusq;
Dignáue Tartareo sulphure stupra leges,
Qualia turpiloqui scripserunt plurima Vates
In multam iuuenum carmina perniciem.
A quorum spurcis Venerandum nomen Iesu
Cordibus & calamis exulat atq; libris:
Nimirum quibus Vna sapit lasciuia carnis
Immemores superum quæ facit atq; Dei.
Crede mihi, nullus Viridi latet anguis in herba,
Secura fructus carpere mente potes:
Solicito hoc etenim studui præstare labore
Inficeret Versus ne Venus Vlla meos:
Sordida neu genitrix tenerorũ (Vt fertur) amo
Ex nostro quemquã carmine pollueret. (rũ
Nouimus esse pijs inuisos iure poëtas
Spirat olens quorum pagina Cyprigenam:
Scilicet in Vulgus mittenda poëmata quíuis
Quæ tuto iuuenis, Virgo, puerq; legant,
Quæ corda accendant in summi regis amorẽ,
Vt dare qui pergat maxima dona suis,
Extimulentq; pigros pietatis ad ardua Veræ
Munia laudando strennua facta patrum:
Qualia conscripsit summa Prudentius arte,
Prosper, & exculto carmine Sedulius,
Et qui pro Viduæ se iussit pignore Vendi
Paulinus Nolæ præsidium atque decus,

Quiq; ſuam pergit vida illuſtrare Cremonam
Mellifluis reſonans ſacra, Deumq; modis,
Conſimilesq; viri, non tantum digna canentes
Cedro, ſed cœlo cœlituumq; patre:
Ex quorum caſtis ac ſanctis verſibus omne
Ad pietatis opus dulciter erigimur:
Hos ego ſectatus morum fideiq; magiſtros
(Imparibus quanquam viribus atq; gradu)
Hæc tibi conſcripſi cultor pietatis auitæ
Votaque iam vitæ qui melioris habes:
Si ſpecioſa minus, cultuq; decora venuſto,
Affectu ſaltem relligioſa pio:
Poſtponenda etenim ſermonis cura diſerti
Enthea tractanti verba aliquando fuit,
Abdita dum ſtudeo myſteria numinis almi
Vocibus æterni flaminis exprimere:
Semper enĩ mihi perpulchrũ ac laudabile viſum
Scripturas verbis explicuiſſe ſuis.
Hæc volui ne neſcires, nunc fronde relicta
Quos potes hinc fructus lector opesq; lege:
Carpe (inquam) mentẽ quo poſsis paſcere, diſcẽs
Ex alijs docto cultius ore loqui.
Reſtat vt ante illum qui pectoris intima nouit
Proteſter dubij iam maris alta petens
Me nihil aduerſus fidei myſteria noſtræ
Scribere vel quouis velle docere modo:

Omnia

Digitized by Google

Omnia nostra tibi sed subdere Virgo, parensq;
Nobilis in terris Vnica sponsa Dei,
Christigenis solidæ fidei quæ firma columna es
Sola colens Vera religione Deum.

LAVS SANTISSIMÆ Trinitati.

GLoria, maiestas, decus, omnipotentia, regnum,
Laus, honor, & Virtus sit tibi summe Deus.
Laus tibi sancte Pater, cœliq; soliq; creator
Omnia per Verbum qui facis ex nihilo:
Laus tibi nate Dei, Virtus, sapientia, Verbum,
Dextera, mẽs, speculũ, splẽdor, imago patris:
Laus tibi pneuma sacrũ, donũ, pax, Vnctio, fru
Fõs, dulcedo, iubar, spiritus, ignis, amor: (Et
Laus tibi sancta Trias, cui par sapiẽtia, Virtus,
Maiestas, bonitas, gloria, numẽ, honor:
Te trinumq; Vnũq; Deum, dominumq; potentẽ
Agnosco, veneror, prædico, adoro, colo,
Lucida quẽ Cherubim Seraphimq; ardẽtia cla-
Cœlestis regẽ militiæ atq; Deum. (măt
Qui cœlum terrãq; imples, nec claudere mundi
Te tamen immensi machina tota potest:

Numine sed placido spacioſum amplecteris orbẽ
Sustentans digitis cuncta creata tribus.
O mihi perpetuo venerande, adamãde, colende,
Humani cultus quem iuuat obſequij
A pia & integra fuerit quũ mente profectus,
Quæq; Deum flagret conciliare ſibi.
Seruiat oro tibi quicquid ſum, viuo, laboro,
Affligor, meditor, diſſero, ſcribo, loquor:
Hymnus enim, pæan, carmẽ, ſymphonia, pſalmi
Debentur quouis ſemper ab ore tibi,
Vt qui non ceſſes laudabilis eſſe, tuoque
Plurima figmento munera diuidere.
A te rex regum ſit origo voluminis huius,
Te ſonet atq; canat totus vbiq; liber:
Tu ſis principium, tu meta & cauſa laboris,
Inq; tuum cedant omnia noſtra decus.
Accipe largitor cunctorũ æterne bonorum,
Quæ tibi de fundo paupere dona damus:
Diuitis ingenij theſauris alter ab amplis
Proferat in templum munera opima tuum:
AEs, aurũ, argentũ, gemmas, hyacinthina vela
Byſſum cum croco, purpureásq; togas,
De ſibi collatis ſacros depromat in vſus
Iuxta diuitias munera quiſq; ſuas.
At nos ex tenui paupercula carmina cenſu
Quæ damus alme boni conſule quæſo, Deus.

Nam

Digitized by Google

Nam licet excelſo ſint hæc indigna Tonante
Dona tamen nobis dulce vel iſta dare:
Dulce Deũ quãuis rudibus celebrare camœnis
Contulit in famulum qui bona multa ſuũ,
Dulce Dei matrẽ ac proceres laudare ſupernos,
(Sit procul elati cordis vbique tumor)
Inſtruere ignaros, ceſſantibus addere calcar,
Solari afflictos cordaq; dulce pia. (bẽ
Hæc tua ſancte pater ſunt munera, cuius in or
Profluit ex gremio iugiter omne bonum,
Qui nullius egens famulorum vota tuorum,
Donaq; non ſpernis, quamlibet exigua,
Quæ tamen ipſe prior (tua cũ ſint omnia) ſeruis
Largirisque libens accumulasq; tuis.
Eſt totum Deus ergo tuũ, rectũ, utile, ſanctũ,
Te dignum ſi quid ſcribimus aut loquimur:
At noſtrũ eſt quicquid iuuenis temerari olim
Laſciuum, mordax, & leue compoſui:
Affixus nimio ſtudijs ardore profanis,
Reddere quæ tumidos vaniloquosq; ſolent,
Firmiter in domini niſi radicata timore
Mens fuerit ſcripti per genus omne vaga.
Non nobis igitur non nobis gloria, prauus
Laudandum ſi quid ſeruulus iſte facit,
Sed tua certatim reſonent præconia cuncti
Vnde fluunt ad nos multa ſubinde bona:

Aſcribat tibi lingua, manus, caro, ſpiritus oīs,
Si quid habet dignum laude vel exequitur:
Nā velut in pontū decurrere flumina gaudēt,
Ad matrem rapidis vt reuehantur aquis:
Sic decet, vt quiſq; agnoſcat ſibi plurima dona
A pelago immenſi numinis vſque dari:
Omniáq; in dantis contendat vertere laudem,
Vt maiora dehinc munera ſuſcipiat:
Gratus enī velut iuitat, mouet, excitat, vrget
Autorem doni plura ſubinde dare.
Nulla proin fragilē me elatio ſubruat vnquā,
Qualis apoſtaticum dæmona corripuit,
Vt voluiſſe tuum rapere inſidiator honorem
Arguar horrendi tempore iudicij:
Sed tua ſalua tibi perduret gloria Chriſte,
Quem ſummo dignum duxit honore pater.
Sit tibi ſemper honos, laus, gloria, ſplēdor Ieſu,
Te mare, te tellus, ſtyx, polus, aſtra tremant:
Te decet omnis honor, nobis luctuſq; ruborq;,
Crebraque debentur probra, flagella, cruces:
Nimirum ignauis, & dignis compede ſeruis,
Quique Erebi toties commeruēre focos:
Nec magnū, ſi vera loquēs quod res habet vltro
Agnoſco, quid enim diſſimulare iuuet?
Irati tantum ſæua me Ditis ab ira
Exemptum laqueis eripe mortiferis,

Nec

Nec crebros propter lapſus, facilemq; ruinam
A facie ingratum proijce Chriſte tua.
Sed tibi da placitũ facere & cõſcribere ſemper
Vel meditari aliquid, frugiferũ, atq; pium,
Plurima ſarciri quo poſsint damna iuuentæ
Tranſactæ (heu) lapſu non ſine multiplici.
Gloria cœleſtis genitor tibi, gloria Chriſto,
AEqualis ſancto gloria ſpiritui: (oſq;,
Sicut erat Phœbi ante iubar, tenebrasq;, cha-
AEternæ Triadi perpetuus ſit honor.

CARMEN HENDECASYLLABUM ad Syluam.

QVo præceps, temeraria, impudensque
Agreſti malè dedolata cultu,
Tanquam culta ſatis, nitens, venuſta,
Incauto properas abire greſſu?
Cur, quum ſis mea Syluа adhuc ſalebris
Hirtis aſpera, ſentibusque crebris,
Squallens, ruſtica, ſcabra, ineleganſque
Geſtis tantopere in manus venire
Non vulgi modo, verum & eruditas?
Qua ſpe fulta (precor) cupis per orbem
Rupto libera compede euagari:
Nec vultus hominum times ſeueros

Limas, ſpicula, malleos, ſecures?
Nunquid non ſatius foret, poliri,
Si te exactius atque dedolari
Non paucis ſineres adhuc diebus?
In doctas hominum manus priuſquàm
Cenſuræ expoſita omnium venires.
De quorum numero ſeueriores
Quoſdam forſitan & minus fuiſſe
Humanos aliquando conquereris:
Dum cauſabitur iſte, quòd ſolutis
Ceu neruis iaceas, humique repas,
Sublimi reſones nec ore ſenſa
Vatum myſtica, ſplendidisque verbis:
Vel quòd robore deſtituta & arte,
Quædam grandiùs eloqui laborans,
Mox inſtar Phaëtontis Icariique
Lapſu præcipiti ruas ad ima.
Illi congeries inerudita
Verborum triuialium mouebit
Riſum vel ſtomachum: hic carere multa
Digno pondere viuidisq; neruis
Iactabit: venerum alter, & decoris,
Lucis, mundiciæ, elegantiarum
Plus in carmine ſtridulo requiret.
En quæ præmia forſan à quibuſdam
Imprudens referes, rubore vultum

Perfuſa

Digitized by Google

Perfusa immodico, tibique frustra
Indignaberis ipsa, & ingemisces,
Si laudis stolido calens amore
Humanis oculis placere flagras.
Sed parui, nihilique cuncta duces,
Si nostri inspiciens scopum laboris,
Vnius celebrare pro virili
Christi & quærere gloriam studebis.
Nonnulli quoque fortè sunt futuri,
Non paulò quibus amplius placeres,
Si sæuum fremitu intonans minaci,
Dirasq; & furias, necesque spirans,
Tanquam tristibus excitata bellis,
Rauco murmure classicum sonares:
Insanoque velut furore raptus
Bellonæ trucis horridique Martis,
Inter tympana, dissonasque voces
Ferri, quadrupedum, virûm, tubarum,
Inter fulmina flammeasque glandes
Horrendo impete, vi, fragore tortas,
Inter denique multiforme lætum
Strages, vulnera, sanguinisq; riuos
Versus clangeret æmulator arma.
Non paucis (reor) id genus canoræ
Et nugæ, & numeri admodum placerent,
Tanquam fercula lauta vanitatis,

Quæ

Quæ plus afficiunt iuuantque corda
Multorum ebria ſæculi venenis,
Quàm quæ ſacra docent, piosque ritus,
Diuorumque canunt, Deique laudes
Summo carmina dedicata regi:
Sed quid perdere in his erat neceſſe
Multi temporis anxios labores?
Vix quicquam poterat bonæ vnde frugis
Ad vanas iuuenum redire mentes,
Quos pro viribus erudire noſtra
Qualicunque ſtudet Camœna verſu.
Deſcribant alij quibus libebit
Funeſti ſimulacra cruda Martis
Terrores, fremitus, minas, tumultus,
Pugnantumque truces manus & ora
Ad viuum nitido exprimant colore:
Si quos ebria tabido cruore
Scuta ac tela iuuat, feroſq; vultus
Victorum & fremitus imaginari:
Dum denſi peditum ac leues manipli
Cum turmis equitum furore cæco
Accenſi in trepidos feruntur hoſtes,
Mergentes feritate belluina
Ferrum in viſcera perduellionum:
His ſe delicijs cupedijsque
Oblectent, quibus eſt voluptuoſum

Crudi

Crudi in pectoris abdito receſſu
Humano gladios cruore tinctos
Verſare, & furias trucis Gradiui
Miſcentis Tragicas vbique ſtrages:
Hoſtiles penetrare dum phalangas
Contis, & frameis, equisque freti
Contendunt equites: cadauerumque
Denſos per cumulos, & arua late
Atri ſanguinis irrigata riuis
Summa mole ſibi viam recludunt.
Nos certè mea Sylua non decebat
(Vellemus niſi noſtri & inſtituti
Obliuiſcier & profeſſionis)
Mentem talibus occupare curis:
Nimirum Domino ſemel dicatam
Chriſtique obſequio ſacrisque rebus,
Poſtquam nos bonitas Dei vocauit
Ad vitæ placidum genus quietæ,
Vt mundi pereuntis illecebris
Votis & ſtudijs valere iuſsis,
Toto pectore in omnibus placere
AEterno ſtudeamus vſque patri:
Aduerſus rabidos Stygis colonos,
Carnisque indomitæ rebellionem,
Iugi ſolicitudine hîc gerentes
Nullo fœdere ſopienda bella.

Quæ

Quæ cùm plus satis ardui negoci
Nobis exhibeant, vbique contra
Hostes innumeros, truces, cruentos,
Omni robore dimicare iussis,
Nec fas, nec vacat occupatiori
Cultis prælia versibus sonare.
Magno digna licet Marone vena
Ad nutum flueret frequens & vltrò
Inculto mihi semibarbaroque,
In dulces numeros, graues, canoros:
Non (inquam) vacat, expedit, libét ve,
Cultori grauium ac seueriorum
Musarum (sterili licet rudique)
Mentem tristibus implicare bellis,
Immani quibus inuicem furore
Se gens pacifici Dei lacesit,
Miscens omnia barbaro tumultu,
Damnis, cædibus, igne, vi, ruina:
Nimirum seges omnium malorum
Cùm sint & scelerum: improbosque dites,
Illustres, tumidos, & insolentes
Non rarò faciant: & innocentes
Tanquam vile pecus, canesque perdant.
Hanc laudis sibi fertilem proinde
Sumant materiam, crepentque bella
Quàm grandi poterunt calore & arte,

Quos

Digitized by Google

Quos ad maxima quæque molienda
Ampli nominis incitat libido,
Affixos ſtudijs adhuc profanis.
At nos (qui ſumus à Deo vocati
Ad cœleſtia mente ruminanda,
Culturamque animi, monaſticenque,
Et cultum domini peculiarem)
De certamine diſſeramus illo
Summè difficili ac periculoſo,
Quo mens anxia cogitur ſubinde
Contra ſordida dimicare carnis
Oblectamina, proprijque ſenſus
Motus, & ſtimulos, amarulentis
Vexantes vaga pectora vſque curis.
Nos contemnere ſeculi fugacis
Pompas, ac titulos, & illecebras
Fucos, gloriolas, ineptiasque
Paulatim magis ac magis ſtudentes:
(Tanquam ſomnia turbinemque denſi
Fumi vel nebulæ) incitemus omnes
Pro noſtro modulo, vt caduca ſenſim
Spernant omnia: rideantq; fluxas
Spes, promiſſaque fraudulenta mundi:
Pandamus laqueos vbique tenſos
Incautis animis leuis iuuentæ,
Quæ compeſcere dum negat procacis

Lingua

Digitized by Google

Linguis ſtultitiam, vagosque ſenſus
Arctis ſtringere reſpuit lupatis
Sæpe eſt cauſſa ſibi grauis ruiuæ.
Tum quæ prælia ſpiritus maligni
Ingenti moueant furore cunctis,
Qui quærunt ſupero placere regi:
Scrutemur quibus artibus vel armis
Poſsimus ſuperare multiformes
Iugesque inſidias, doloſque & acres
Inſultus reprobæ inuidæque plebis
Quæ nos perdere iugiter laborat.
Iſtis nos mea Syluula occupemus,
Si non degeneres velimus eſſe
Sancti numinis aſſeclæ & miniſtri,
Hi nobis placeant modi & Camœnæ:
Non quæ ſuauiter & metris canoris
Scalpant auriculas: ſed vnde fructus
Poſsit carpere nonnihil benigni
Lectoris pietas: & edoceri
Quæ libamina victimasque Chriſtus
Offerri ſibi poſcat & parenti:
Offenſus quoties acerba nobis
Ac duriſsima quæque comminatur.
En noſtræ ſtudium & ſcopum palæſtræ
In vitæ iſtius anxiæ theatro:
En quales cupimus leuis iuuentæ

Vanis

Digitized by Google

Vanis cordibus indicare agones:
Vt cum Tartareo dracone discant
Colluctarier, & iuuante Christo
Victis hostibus obtinere palmam:
Hoc in puluere (quatenus licebit)
Desudet placido tenore nostra
Qualicunque rudis Camœna versu
Ad laudem ætherei decusque regis:
Ostendat stolidæ suos iuuentæ
Errores, tenebras, grauesq; lapsus:
Quotque obnoxia sæpe sit periclis,
Quantisq; obruta sordibus, malisq;
Dum secura epulis vacat iocisq;:
Somno, lusibus, otioq; perdens
Florem præcipuum fugacis æui:
Quæq; istis adhibenda sit leuandis
Morbis congrua luridis medela.
Quæ si non satis omnium palato
Fortasis sapient, eruntque quorum
A curis studijsque discrepabunt,
Ne sis anxia, nec timore vano
Plus æquo mea Syluula expaueſce:
Sed quocunque homines loco te habebunt,
Illi adnitere vel placere soli,
Cuius præcipuè es dicata laudi,
Fonti largifluo omnium bonorum.

ENAR-

ENARRATIO EPILOGI libri Eccleſiaſtæ.

POſtquam ſagaci perſpicax indagine
AEquoq; quæuis ponderans libramine,
Eccleſiaſtes ille ſapientiſsimus,
Secli triumphos, labilemque gloriam,
Opesque fluxas, & caduca gaudia,
Mundúsq; blandum quicquid iſte continet,
Docuiſſet eſſe cuncta momentanea,
Ac vanitatem vanitatum maximam:
In fine tandem concionis nobilem
His penè verbis protulit ſententiam.
Iſtis requiras nate mi nil amplius,
Nam plura nullus finis eſt volumina,
Librosq; conſcribendi: & importunior
Frequensq; laſſæ mentis occupatio,
Eſt carnis vna ſpiritusq; afflictio:
Sed veritatem ſi duobus expetis
Tenere verbis, concionis epilogum
Attentus audi. nequod admittas nefas
Furore mentem victus aut libidine,
Scelerum ſeuerum vindicem Deum time:
Abire inulta nulla qui ſinit mala
Remunerator omnium iuſtiſsimus:

Immo

Digitized by Google

Imò vereri disce filius patrem
Totáque mentis charitate amplectier,
Vt introire regna possis cœlica
Solis parata adoptionis filijs:
Inde vt timere conditorem te tuum
Operum bonorum veritate comprobes,
Mandata serua: hoc (inquit) omnis est homo:
Hoc est, in istis totius perfectio
Hominis, salúsque spiritalis clauditur,
Sanctæque plena legis obseruatio:
Ad hoc quoq; vnu factus omnis est homo,
Roseoq; Christi regeneratus sanguine:
Memor vt benigni patris ac iusti Dei
Semper timeret conditorem offendere:
Idemque captus spe beatitudinis
Seruare leges strenuè contenderet
Domini, parentis, regis ac Dei sui.
Hæc Christianæ summa legis scilicet
Scientiæque finis ac sapientiæ
Veræ, salubris, orthodoxæ, cœlicæ,
Cunctísque dogma ruminandum sedulò:
Compendiosa quo docemur regula,
Deum vt timentes filij velut boni
Mandata patris exequamur impigrè:
Opere quod ipso quisquis ostendit, sacræ
Præcepta legis mente seruans integra,

Christumq; plenè nouit affixum cruci
Conformis illi seriò fieri studens,
Hic est abundè doctus, ac sapientia
Præcellit omnes inclytos mundi sophos,
Quocunq; tandem glorientur nomine:
Expers Latinæ prorsus eloquentiæ
Grecæq; quamuis, omnis ac scientiæ,
Elementa & ipsa literarum nesciat:
Est (inquam) abundè doctus, eloquens, sagax,
(Quod ad assequendam perpetem vitã attinet)
Pastoris illum cura ni grauis premat
Clarúmue munus edocendi cæteros:
Tanto piorum mitis innocentia,
Feruorq; sanctus, puritasque spiritus
Sunt gratiora numini sanctissimo,
Quàm sermo cultus, magna quàm scientia,
Quàm plurimarum vana rerum notio:
Quòd multa multi (qui seipsos ac Deum
Obnubilato corde nesciunt) sciant.
Pleriq; quorum mente per terras vagi,
Sinusq; vasti metientes æquoris,
Quos nulli opinor cognitos mortalium
Scrutantur alta montium cacumina
Ac ninguidarum candida alpium iuga,
Mundiq; fines, & marinos gurgites:
Amplosq; lapsus ac perennes fluminum,

Orbes-

Orbesq; vastos corporum cœlestium
Perambulantes curiosa indagine
Nihil videntur linquere vsquam incognitum:
Sed dignitatis interim obliti suæ
Et vilitatis semetipsos deserunt:
Molles, auari, peruicaces, lubrici,
Tumidi, arrogantes, ebriosi, & inuidi:
Nec obstupescunt se suæ grauissima
Sortis teneri & mentis ignorantia:
Vacuique veris sint licet virtutibus,
Non ingemiscunt (quippe qui non sentiant
Hinc summa nasci spiritus dispendia)
In otiosis id genus laboribus
Tam multa sese dissipare tempora.
Audent & vni nota nonnunquam Deo
Quidam futura audaciter prædicere,
Ortus notantes & recursus syderum,
Situs, domosq; fœdera, aspectus, minas:
Cœliq; signa diligenter omnia
Considerantes calculis subdunt suis:
Hinc colligentes bella, pestes & famem,
Varioq; casus optimatum & funera,
Hominique quicquid accidet boni ac mali:
Proprij recessus pectoris sed abditos
Densaq; plenos interim caligine
Vigili recusant anxiaque indagine

Subire cæca, & annotare exactius
Quot purulentis sordibus sint horridi,
Quantaq; mentis cæcitate squalleant
(Vitijsque fœdi, emortuíque spiritu)
Coram intuente cordis abstrusos sinus
AEquo malorum acerrimoq; iudice,
Renes & ipsos qui penetrans discutit,
Affectionum examinator & mentium.
Alij vagantes omne per scripti genus
Auidéq; libros deuorantes quoslibet,
Quærunt vbique, quid sit ante plurima
Totum per orbem factitatum sæcula:
Quo quæq; lustro, Olympiade, vel Consule,
Aut gloriosè gesta sunt, aut segnius:
Penetrare anhelant quicquid vsquã cognitu
Dignum videtur: cordis vt vanissimi
Explere possint improbam cæci sitim:
At institutis quatenus respondeat
Professionis quisq; & ordinis sui,
Nucibusq; ab ipsis quod puellus egerit
Considerare discutereq; reppuunt.
Atque inde, frustra splendidæ dum gestiunt
Se vanitatis ferculis distendere,
A veritate vitæ inanes permanent:
Peccata cæcæ nec iuuentæ ad calculum
Vnquàm laborant serio reducere:

Immo

Imò salutem propriam sic negligunt
Contaminati mille fœdis sordibus,
Vt se gehennæ exæstuantis ad lacum
Per amœna mortis compita & latam viam
Non conspicentur iugiter procurrere,
A quo caducus carnis imbecillimæ
Paries, supinos vix tuetur, ignibus
Alioqui auaræ proximos semper Stygis.
Ingens profectò cæcitas, præposterum
Studium, labores friuoli, scientia
Inerudita, insana curiositas,
Doctrina primæ veritatis inscia,
Lactura demum temporis grauissima,
Sterilisq; vani cordis occupatio,
In rebus illis quæ salubre nil docent,
Sed otiosas polluunt mentes magis,
Suésq; fœtos dæmones nequissimos
Subinde pascunt execrandis gaudijs:
Permulsa eorum noxio dum afflamine
Diu ac libenter hæret ægra lubricis
Mens in legendis putidisq; fabulis,
Gaudens palustri se lacuna mergere:
Strages anhela vel cruentas deuorat
Imaginandis occupata cladibus,
Auidéq; versat cædium formas truces,
Plagas, necesq;: sanguinisq; flumina

Subire cæca, & annotare exactius
Quot purulentis sordibus sint horridi,
Quantaq; mentis cæcitate squalleant
(Vitijsque fœdi, emortuique spiritu)
Coram intuente cordis abstrusos sinus
AEquo malorum acerrimoq; iudice,
Renes & ipsos qui penetrans discutit,
Affectionum examinator & mentium.
Alij vagantes omne per scripti genus
Auideq; libros deuorantes quoslibet,
Quærunt vbique, quid sit ante plurima
Totum per orbem factitatum sæcula:
Quo quæq; lustro, Olympiade, vel Consule,
Aut gloriosè gesta sunt, aut segnius:
Penetrare anhelant quicquid vsquã cognitu
Dignum videtur: cordis vt vanissimi
Explere possint improbam cæci sitim:
At institutis quatenus respondeat
Professionis quisq; & ordinis sui,
Nucibusq; ab ipsis quod puellus egerit
Considerare discutereq; respuunt.
Atque inde, frustra splendidæ dum gestiunt
Se vanitatis ferculis distendere,
A veritate vitæ inanes permanent:
Peccata cœcæ nec iuuentæ ad calculum
Vnquàm laborant serio reducere:

Immo

Imò salutem propriam sic neoligunt
Contaminati mille fœdis sordibus,
Vt se gehennæ exæstuantis ad lacum
Per amœna mortis compita & latam viam
Non conspicentur iugiter procurrere,
A quo caducus carnis imbecillimæ
Paries, supinos vix tuetur, ignibus
Alioqui auaræ proximos semper Stygis.
Ingens profectò cæcitas, præposterum
Studium, labores friuoli, scientia
Inerudita, insana curiositas,
Doctrina primæ veritatis insscia,
Iactura demum temporis grauissima,
Steriliscq; vani cordis occupatio,
In rebus illis quæ salubre nil docent,
Sed otiosas polluunt mentes magis,
Suéscq; fœdos dæmones nequissimos
Subinde pascunt execrandis gaudijs:
Permulsa eorum noxio dum afflamine
Diu ac libenter hæret ægra lubricis
Mens in legendis putidiscq; fabulis,
Gaudens palustri se lacuna mergere:
Strages anhela vel crũentas deuorat
Imaginandis occupata cladibus,
Auidéq; versat cædium formas truces,
Plagas, necescq;: sanguiniscq; flumina

Grandésque aceruos putrium cadauerum.
At quæ sub almo sole fiunt interim,
(Dominus moratur dum redire à nuptijs)
Obscœna, iniqua, fœda, atrocia, impia,
Minúsque rectè facta, dictaque omnia:
In fine mundi, iustum ad æquilibrium
Examinanda Christus appendet palam
Sermonis vsque ad otiosi puluerem,
Tempúsque crebrò dissipatum friuolè:
Imò vniuscuiusque cùm mors venerit
Diiudicabit examussim singula,
Condigna cunctis redditurus, impijs
Piisque sumpto pro labore præmia,
Regnum beatis, perpetem flammam malis.
Hic est loquendi ac disserendi scilicet
Supremus, vnicúsque finis & scopus,
Quo dirigenda nostra sic sunt omnia
Studia, labores, actiones, munia,
Conatus vt huc noster omnis iugiter
Ac vis feratur mentis atque corporis:
Nempe vt seueri iudicis nouissimam
Crebrò reuoluens quisque nunc sententiam
Studeat ab omni continere se malo:
Totum parandis affatim virtutibus
Meritisque dedens semetipsum ac dedicans:
Ratio futuri namque summa temporis,

Vitæ-

Digitized by Google

Vitæque cuiuis est habenda perpetis.
Quæcunque verò gaudet admirarier
Studioque certat improbo sibi quærere
Commune vulgus, stulta plebs mortalium,
Opes, triumphi, dignitates, gloria,
Honor, voluptas, forma, fasces, stemmata,
Iuuenta, vires, nomen, eloquentia,
Pensentur æquo cuncta si libramine,
Sunt ventus, vmbra, somnium, fumus, nihil,
Et si quid istis inuenitur vanius.

DEPLORATIO HVMANÆ cœcitatis.

Quicunq; cordis aperta habetis lumina,
Sapitisq; plus quàm vulgus indoctũ so-
Non otiosè si datam perpenditis (let,
Mentem esse vobis, osque quod spectet polos:
Considerate quæso & admiramini,
Exactiusque cum stupore expendite,
Caligo qualis, quàm profunda nox premat
Obnubilata plurimorum pectora:
Qui Christiani nec rudes, nec improbi
Volunt haberi, & esse se verè putant,
Vitæ relicto spiritalis tramite,
Cùm lata currant interim per compita

Ad ſempiternæ noctis horrendum chaos
Carnis ſequentes fœculenta gaudia:
Seſe fideles arbitrantur ſeruulos
Benigni Ieſu, pauperis, mitiſsimi,
Cùm ſint feroces, inſolentes, aſperi,
Tumidi, ac philauti, plurimique ab omnibus
Fieri, colique, & prædicari geſtiant,
Hominum fauores mobilemque gratiam
Vanumque nomen, fumeamque gloriam
Studio laboris aucupantes improbi:
Sperant futuri ſæculi æternas opes
Regnumque patris iure quòd longé optimo
Adoptionis poſsidebunt filij,
Terrena ſola cùm ſequantur, & graues
Aeruginoſæ ſacculos pecuniæ,
Cupidi, tenaces, fraudulenti & impij,
Vitæque toto ſecularis ordine
A lege Chriſti moribusque diſcrepent:
Sibi pollicentur ſempiterna gaudia,
Soli puſillo quæ parata ſunt gregi
Eisq; carnem fortiter qui nunc domant,
Coguntque legi obtemperare ſpiritus:
Cùm delicatè enutriendi corporis
Et confouendi molliter ſummam gerant
Vnámque curam, ſtrenuæque crapulæ
Veneri & Lyæo mentem corrupta litent,

Suisq;

Suisque cæci affectibus nihil negent,
Quocunque seruos impetus carnis rapit
Mox huc relictis proruentes omnibus
Quæ digna laude spiritus suggesserat.
Vah stulta, mendax, infidelis natio,
Indigna honore Christiani nominis,
Quæ purpurati praua demens illius
Exempla mauis diuitis sectarier,
Quàm recta Christi pauperis vestigia:
Professionis immemor prorsus tuæ
Ac dignitatis quàm profundè desipis.
Heu carnulenta corda, mentes talpeæ
Affectionum quas malarum nox grauis
Implet tenebris horridis semper magis,
Quis excitabit à sopore marcidas
Veterum malorum? quis veternum pectoris
Expellet ægri? languidas à ferreæ
Quis liberabit mole consuetudinis?
Ah plebs rebellis, infideles filij
Quantum à parentis optimi sanctissima
Vita, institutis, legibus, sententia,
Corrupta opinione, mente, & moribus
Animique praui dissidetis impetu.
Quo mente cæca (ceu bidentes perditæ)
Stolidi improborum filij mortalium
Per lustra spinis ac tenebris inuia

Vitæ

Periculisq; mille plena tenditis:
Vitæ relicta cur perennis semita,
Transiuit ipse qua redemptor omnium
Lassi ambulatis tramites per deuios
Rapidum gehennæ proruentes ad chaos?
Quousq; corde nubilo sic & graui
Immersa terræ deprimetis lumina,
Nec ad supernam patriam sustollere
Oculos subinde, cor, manúsque studebitis?
Cœcos profectò iure quis vos dixerit
Planéque mentis impotes & ebrios,
Qui vos fideles esse synceros, pios
Christi ministros filiósq; creditis,
Professionis Christianæ quum nihil
Inanè præter nomen, atq; vmbratilem
Cultum Tonantis (vera si fas proloqui)
Circunferatis ore, vita, affectibus:
Quis ergo stultos vos negabit? sit nihil
Cum stultius væsaniusque, quàm bene
Sperare semper, pessimeq; viuere:
Sonare Christum, charitatem, spiritum,
Sed laxa carni frena corruptissimæ
Mundi illecebris ebrium permittere:
Audire multa, nosse, perscrutariêr,
Acriq; mentis permeare indagine
Profunda quæuis artium mysteria,

Nec

Digitized by Google

Nec iudicare ſemetipſum,& plangere,
Moreſq; prauos execrando omittere.
Stulti proinde audite,inepti, & futiles
Improuidorum liberi mortalium,
Cordisq; veſtri(ſi quid intus luminis
Adhuc relictum)cœcitatem fixius
Conſiderate,agnoſcite, execramini:
Res mira ſane,lachrymiſque,& plurimo
Stupore digna,nube tam craſſa teci
Animos eorum,nota qui pulchre ſibi
Cuncta arbitrantur ſcire quæ fidum decet
Chriſti miniſtrum ſtrenuumque militem:
Vnde iſta, quæſo, vos premit ſocordia
Homuntiones gens ſuperba & inſolens:
Vt ſola carnis purulentæ gaudia
(Quaſi bruta prono corpore,ac fœdi ſues)
Mundiq; fumos anxié ſectemini?
Vobis parata cùm perennis gloriæ
Credatis eſſe(ſi velitis)præmia
Modici peractos poſt labores temporis:
Cur fraude multa verſipellium,precor,
Strophiſque capti tortuoſis dæmonum,
Solidæ relicto veritatis corpore
Amatis vmbram vanitatum ſæculi,
Mendaciumq; pergitis ſectarier?
Quid vita præſens,vana,mortalis,fugax

Multa-

Multaque semper plena amaritudine,
Tot permolestis dignum habet laboribus,
Curis, periclis? polliceri quid potest
Tam dulce vobis, pulchrum, amœnum perfidus
Blandúm ve mundus? expeti quod debeat
Ardore tanto? quod necesse quærere
Tot sit molestis & vagis discursibus?
Ah plæbs fidelis, spes ob incertissimas
Vanas, fugaces, bonaque momentanea,
Quare æstuantes sic tumultuamini?
O si liceret defricato fortiter
Caliginosæ mentis omni nubilo,
Raptim videre quæ parata sint pijs
Et quanta paruo pro labore præmia:
Iubarque nobis illud ingens vspiam
Pateret arctæ per foramen riuulæ
Quo celsa summi regis aula iugiter
Inexplicanda claritate splendicat:
Quantum pudoret, nomen & pecunias,
Fluxásq; carnis illecebras & putres
Nos corde anhelo, & improbis sudoribus
Grauibúsque curis ambijsse tam diu:
Rebúsque frustra noscitandis friuolis
Tot amica vitæ perdidisse tempora:
Longè minori quum labore vberrimam
Licuisset aggregare in horrea interim

AEterna

Digitized by Google

Aeterna messem, seminando alacriter
Operum bonorum copiosa semina:
Libet proinde nubili cordis sui
Tenebras quibusdam & cæcitatem nõ leuem
Hìc indicare paulò adhuc apertius:
Præsertim auaris, lubricis, ac turbido
Ardore semper altiora qui petunt:
Si fortè discant, pleniusq; intelligant
Quot quot caducis toto inhærent pectore
Carniq; spreto conditore seruiunt.
Quot se fatigent anxijs laboribus
Curisq; frustra, iugiterque torqueant:
Vos ergo vles assęclas Cupidinis
Venerisque putres seruulos interrogo:
Cur æstuantem plus satis libidinem
Pergatis vltrò & excitare & pascere?
Satiare dum vos lubricis aspectibus,
Spurcisq; verbis, lusibusq; quæritis?
Quum concupito vix potitos gaudio
Rediuiua flammis torreat recentibus
Sitis, acriore sæuiens incendio?
Nec mille possint improbam pruriginem
Explere stupra, quâmlibet dulcedinem
Promittat amplam febris ista exæstuans.
Tum vos superbi (exosa celso gens Deo
Humiliqué Christo) quis malus genius, precor

Sic

Sic fascinauit, vt sathanas impios
Non horreatis pectore elato sequi?
Ad ampliores dignitates dum magis
Magisque semper ambiendo scandere,
Stimulante inani gloria contenditis:
Sublimiora publicarum munia
Cur functionum tam sititis assequi,
Nec quàm ruinæ grandiori proxima
Sint celsa rerum expenditis fastigia?
At vos auari (quos potissimùm solet
Odisse vulgus, ceu molestos omnibus,
Nullique gratos vtilesque) dicite:
Quásnam sequuti spes vel ampla commoda,
Vllo absque fine congregare & condere
In despicatum dissipandos puluerem
Argenti & auri quæritis tot grumulos?
Opes parare nec studetis cœlicas?
Quas obtinere cui datum fuerit semel,
Securus omni possidebit tempore:
In hæc caduca corde demum turbido
Insanientes atque momentanea
Ecquid labore vos inani affligitis?
Hominum cupido cùm sit insatiabilis:
Nondum videtis perforato vas aquam
Haurire cribro, & friuolis sudoribus
Frustra madentes siccà arare littora?

Plan-

Plangenda sanè vulgi inistis cœcitas
Stolidæque crassa plæbis ignorantia:
Sed inter omnes Christiano qui solent
Non illibenter gloriari nomine,
Nunc condolere illis potissimum libet
Obitérque eorum conuenire pectora,
Qui notione plurimarum inutili
Rerum placere impensius sibi solent,
Quòd in profanis eruditi literis
Linguæque dites vtriusque copia
Sibi pararint plusculum eloquentiæ,
Et lectitandis semper affixi libris
Pugnas, triumphos, instituta & limites
Norint Achiuæ gentis olim & Romulæ:
Priscósque ritus nationum, & principes,
Reges, monarchas, Cæsares, respublicas
Teneant ad vnguem, supputantes tempora
Tot sæculorum gestáque omnia ordine:
Figmenta demum calleant poëtica
Frugisque inanes AEthnicorum fabulas
Similésque nugas somnijs non dispares,
Ad sempiternam quæ beatitudinem
Solidámq; mentis nil salutem conferunt.
Ex his Minervæ Apolliniséque strenuis,
Fidísq; mystis libere quosdam libet
Hìc admonere, sed benignè & candidè:

Quo-

Quorum palato delicato & plus satis
Fastidioso nil sapit quantumlibet
Sit eruditum & absolutum, quod sua
Vsquam à salina discrepare senserint:
Quique in alienis lucubrationibus
Mirantur vnum dictionis & styli,
Laudántque florem, cultum & elegantiam,
Nec intuentes nec morantes, quàm bona
Sint & saluti quæ legunt accommoda,
Nisi vana eorum corda & aures mulceant
Modulis canoris dictionis floridæ.
Hos ergo dignum conuenire hîc duximus,
Tanquam qui iniqua lance de scriptoribus
Minimè approbandam sæpe censuram ferant,
Doctósque præ se cæteros contemnere
Velut imperitos barbaróſq; sueuerint:
Cùm vanitatis maximè damnarier
Mereantur ipsi, flebilisque insciticæ:
Vt qui politis affluant verbis quidem
Suffarcinati lectione plurima,
Multaq; norint arte communes locos
Tractare quósuis, mira de sublimibus
Varijsque rebus differentes splendidæ
Orationis non leui cum gratia:
Sed approbatis interim virtutibus
Non rarò nudi, putidisque moribus

Asse-

Affectibusque inculti, agrestes, barbari
Nihil exhibere corde contendant pio
Ad promouendam Christi Iesu gloriam
Dignum superno rege, vel viro bono:
Sibi namque solis (si quid absolutius
Concinniusque moliuntur, literis
Linguisque freti) & commodis student suis:
Amore capti glorioſi nominis
Viliſue lucri ſordida cupidine.
Perſuaſione delibuti friuola
Seſe fatigant, macerant, exhauriunt
Multo labore, geſtiunt dum ſplendida
Monumenta quædam poſteris relinquere:
Sibi pollicentes fumeam quandam ac ſuis
AEternitatem lucubrationibus:
Nec huius intra vanitatis limites
Finesque ſeſe continent, polyhiſtores
Summéque docti dum volunt haberier:
Sed opinione turgidi ſcientiæ
Tractant prophana mente nonunquàm ſacra:
Temerè docentes, quæ nec ipſi intelligunt,
Nec ab eruditis diſcere elati volunt:
Quaſi nihil illis poſsit eſſe imperuium
Anfractuoſis bibliorum in ſaltibus:
Quod in probatis claſsicisque autoribus
Melioris ævi portionem maximam

Studio ac labore plurimo detriuerint.
Ah semen Heuæ (quam cupido noxia
Infructuosæ notionis perdidit,
Dum scire plura quàm necesse erat appetit
Diuinitatis capta blando nomine)
Quis cœcitati, quis tuis languoribus,
Plagisq; longa putridis incuria
Satis efficaci pharmaco medebitur?
Exulceratis quis malagma congruum
Vomicis parabit gens supina ac turgida?
Nullo teneri quum malo te existimes,
Persuasione vsitata magnæ ac plurimæ,
Sed otiosæ prôdolor, scientiæ,
Vt quæ ad perennem sit salutem inutilis.
Aperite, quæso, crassa tandem lumina
Caliginosi turbidique pectoris,
Qui cuncta vobis peruia arbitramini,
Nullo putantes vos magistro vel duce
Egere, doctis vel patrum sententijs
Ad explicanda obscura scripturæ loca.
Atri tenebras cordis, inquam, pellite,
Nebulisq; amoris proprij ac prudentiæ
Procul fugatis intueri exactius
Acie oculorum spiritus contendite,
Quàm longè ab arctæ semitæ compendijs,
(Qua tot mulieres, pusiones, virgines,

Ad

Ad celsam Olympi transierunt regiam)
Vitæ relicto calle deflexeritis,
Temerè vagantes deuias per orbitas
Contaminati, lubricique seculi,
Quæ rectà ad atrum Tartari ducunt cahos.
Nolite frustrà vosmetipsos fallere,
Existimantes biblijs quòd in sacris
Profunda Christi poteritis mysteria
Densis sub vmbris tot reposta schematum
Facile inuenire, lectione vel auida
Scabro latentem literæ sub cortice
Haurire verum Christi Iesu spiritum,
Nisi corde puro liberoque à seculi
Carnisque votis, turbidisque affectibus
Piè, modestè, ac diligenter quærere
Ad sempiternam quæ salutem pertinent,
Summique regis gloriam conemini:
Vestræque semper vanitatis hinc magis
Sudio fideli, seduláque indagine
In notiue ac cœcitatis crescere:
Nec enim benignus ille amator humilium,
Idémque doctor & magister optimus,
Hospes piarum mentium dulcissimus,
(Quas crebro gaudet vngere ac solarier)
Dignatur vnquam spiritus se infundere
Animo procacem elatóin arrogantiam

Tumidoque ventis secularis gloriæ,
Fastidiose cæteros qui despicit
Vniq; stulte applaudit & placet sibi.
Vultis proinde consuli vobis bene,
Iterq; rectum errantibus monstrarier?
Vagæ redite mentis ad penetralia:
Vt intueri plenius vestri semel
Possitis altam cæcitatem pectoris:
Et hinc fugata sæculi caligine
Fallacibusque dæmonum præstigijs
(Tenebricosa corda quæ nunc fascinant)
Oculos ad illum subleuare corporis
Vapidæque mentis sedulò ac fideliter
Discatis, omnes qui grauatos pondere
Tentationum, criminumq; flebili
Sub fasce lapsos, & onerosa sarcina
Ad se vocare suauiter non desinit:
Toto (inquam) ad illum corde vos conuertite:
Qui nominare se viam dignatus est,
Qua peruenitur ad parentem cœlicum:
Vt ad perennis vos salutis tramitem,
Patremq; ducat dirigens in omnibus,
Docens, gubernans, seduloq; ab impetu
Varijsq; technis dæmonum custodiens:
Ne mente cæca per paludes auias
Saltusq; plenos efferis latronibus

Teme-

Temerè vagantes hostis inuadat minax
Ferox, cruentus, & irritis laboribus
Curisq; fessos mors perennis occupet.

AD FVTILEM RELIgiosum.

Quid prodest, tibi quòd barbam capitísque coronam
Docta subinde manus tondeat artificis?
Si postquàm inciso te rasor crine decorum
Reddidit, & nitido vertice candidulum,
Diuersis animum non expurgare laboras
Istius mundi solicitudinibus:
Vel stolidæ similis plæbi risuque iocisque
Diffluis, & vanus non nisi vana crepas.
Disce quid attonsus vertex, quid tempora glabra,
Implumésq; genæ te tacitè admoneant:
Nimirum vt studeas resecare superflua quæq;,
Quæ mentem possint commaculare tuam:
Abscindens quæ te quauis ratione morantur,
Quo minus in domini progrediare via:
Si circunciſus fueris lingua, aure, palato,
Corde, oculis vere relligiosus eris.

MYSTERIVM FABVLAE Narcissi.

Cvm lux in terras iampridē venerit illa
Flagrabāt summo cui⁹ amore patres,
Damnataq; palam cœci caligine mūdi
Dispulerit radijs nubila quæque suis,
Exemplis verboq; docens quæ sit via recto
Ad lumen duccns tramite perpetuum,
Quifit vt hāc lucem tam pauci quærere toto
Pectore contendant viuificumque iubar,
Omnibus ex populis quos vasti machina mūdi,
Diuisos linguis continet atque locis?
Non solas etenim gentes hic possidet error
Vnius ignaras numinis atque poli,
Verum (quod magis est mirū grauiusq; dolēdū)
Hæc eadē obtenebrāt nubila Christigenas:
Christigenas genus electū, quibus est data solis
Lux fidei & veri notio certa dei,
Magnifico summi qui gaudent nomine regis,
Quorū est crux Christi gloria, vita salus:
Inclyta cœlorum demū quibus aula parata est,
Si vera fuerint relligione pij.
Indignum sane populi vaga corda fidelis
Tantopere à placido degenerare patre,
Væsana vt malint amplecti mente tenebras,
Quàm veri radios solis & astra sequi:

Cum

Cùm tam denſa proin nubes caliginis atræ,
Multorum mentes brutaq; corda premat
Tam craſsi nobis cauſsas erroris & ortum
Concinnis quisnam verſibus expediet?
Quæ præcor, i genere eſt radix & origo malo-
Quæ noſtros turbãt, inficiũtq; animos? (rũ
Si quid in his ſapio, ſi mentis acumine quicquã
Aſſequor, hæc omnis ſunt duo cauſsa mali,
Noſtri cœcus amor diuini oppreſſor amoris,
Et mundi ſpecies nos miſerè infatuans:
His veluti ſtimulis propellimur ad mala quæq;,
Noſq; amor hic duplex ſemper ad ima trahit:
Subdola pellacis ſpecies & gratia mundi
Numinis immemores efficit atq; poli,
Nimirum inſana quum nos dulcedine captos
Tam multiplicibus faſcinet illecebris
Vt grauis inuadat ſtupidos obliuio cœli
Nec libeat ſuperi iam meminiſſe patris:
Noſtri rurſus amor magni nos iuſſa Tonãtis,
Viuentiſq; Dei ſpernere verba facit,
Dũ magè quæ cœcis ſuadet peruerſa voluntas
Quàm dominus cœli quod iubet exequimur:
Atq; ita plus æquo noſipſos vanaq; amantes
Orbamur veris, perpetuisq; bonis:
Narciſsi ſimiles quẽ mendax luſit imago
Candida miranteꝫ corporis ora ſui,

Imò repercussi dum vultus inspicit vmbram
Quem liquidus vitreæ fons referebat aquæ,
Quis proprio captum credat perijsse decore
Insanus dum se non patienter amat?
Resq; furorq; nouus, si verum fabula narrat,
Quam libet hîc obiter commemorare tibi,
Vmbrarum quisquis gaudes penetrare recessus
E paucis doctus plurima colligere:
Vel qui Narcisi similis te impensius ipsum
Diligis, & mundum suspicis attonitus.
Flos iuuenũ, pollens forma viridíque iuuenta
Narcisus, quo non pulchrior alter erat,
Gaudebat ceruos damásque agitare fugaces,
Exercere canes, solicitare feras,
Et iam bisdenos viuendo expleuerat annos,
Quum perijt nimio captus amore sui:
Amissis etenim socijs dum solus oberrat
Prædensi saltus per nemus vmbriferum
Venandi studio lassus, sitiensque per æstum
Torrida dum medio sol coquit arua die,
Muscosi tandem fontis peruenit ad vndas
Mirè perspicuis qui scaturibat aquis,
Vtq; erat exhausti consperſus puluere corpus
Desedit sudans ac sitibundus humi:
Infœlix viridi iacuit prostratus in herba
Vestitas læto gramine propter aquas:

Illimi-

Illimiq; videns fugitiuum in fonte decorem
Tabuit insano mollis amore puer:
Imprudens proprij delusus imagine vultus
Renuit à liquidi fontis abire lacu,
Alterius faciem pueri se cernere credens,
Dum sua inardescens suspicit ora miser.
O quàm sæpe volens niueo dare blanda puello
Impressit gelidis oscula cassa vadis,
Non responsuras quotics effudit in vndas
Singultus, lachrymas, basia, verba, preces!
Corpore pro nitido quid inanẽ corporis vmbrã
Amplecti vano cœce labore studes?
Non puer est roseo vecors quem deperis ore
Sed species vultus & leuis vmbra tui:
Si possis molles ab aquis deflectere ocellos
Mox quod te cruciat diffugere aspicias:
Perstitit infœlix defigere lumina in vndas
Insatiabiliter se malesanus amans,
Mirariq; suum non destitit ante decorem
Quàm sensim exhaustis viribus occubuit.
Quis (precor) iste nouus furor est, amor, atq; li
Tã duræ quænã mortis origo fuit? (bido?
Præter figmentum nihil hîc miramur inane,
Contenti nugis exhilarasse animum?
Scrutemur potius si quæ mysteria forsan
Congrua pascendis mentibus hic lateant:

Scili-

Scilicet hæc omnes Narcissi fabula tangit
Quos mundi species perdit amórque sui,
Quorũ quàm grandis sit vbiq; turba vel ipsos
Possumus ex nobis discere si volumus:
Insani iuuenis ridemus inania vota,
Absurdos gemitus stultitiamq; grauem,
Nec nos in salebris hærere videmus eisdem,
Ac simili infixos sæpius esse luto:
Neglecta quoties solidorum luce bonorum
(Quæ sunt virtutes, donaque sacra Dei)
Mẽdacẽ sequimur cupidéq; amplectimur aurã
Instabilis, falsi, præcipitisque boni,
Quale hoĩm vanæ sunt laudes, nomẽ, honores,
Diuitiæ, fasces, gloria, deliciæ,
Quæ, veluti facies speciosis illita fucis,
Nos miris rapiunt afficiuntq; modis:
Sed breue post tẽpus spem frustratura, subindè
Iam torquent rabida pectora anhela siti:
Nec tamen illa minus studio sectamur inani
Tollere quæ inuitis quælibet hora potest:
Corde, oculisq; vagi rapimur per deuia quæq;
Tanquàm sectates lustra per alta feras,
Lassantes vano mentẽ corpusq; labore,
Vt venatorum sæpius ordo solet:
Dumq; fatigati casso sudore, caducis
Quærimus in rebus dulce refrigerium,

Vmbra

Vmbra boni petitur falso incrustata nitore,
Sed quæ nil solidi fluxa decoris habet:
Quod liquide probat euentus plerumq; siniſter
Ex mundi vana prosperitate sequens:
Quo flagramus enim saturi magis ac magis esse
Præsentis vitæ mollibus illecebris,
Sæpius hoc fallax species nos torquet & aura,
Ac sitis illusos acrior excruciat:
Ad mũdi quod enĩ speciosam pertinet vmbrã
Quot seducta modis mens vaga decipitur!
Dum per fluxarum rapitur spectacula rerum
Pro solido nebulas corpore deperiens:
Aspice quanta suis promittat commoda pellax
Impostor, tacitas dum struit insidias:
Mira quidem spondet fucato subdolus ore
Corda quibus vulgi mulcet & infatuat,
Sed nihil est solidi, nulla est syncæra voluptas
Plenáq; sunt fucis omnia, plena malis,
Quod tandem coget vel res nos ipsa fateri
(Ni prorsus bruto pectore desipimus)
Omnia si trutinam reuocare velimus ad acrẽ
Quæ sequimur rapido cordis amore vagi,
Captantes grandi frustra studio atq; calore
Fallaces nebulas, præcipitéq; Notos:
Vt puer in vitrei fontis Cephisius vnda
Dum proprij vultus captus amore furit:

Quam

Quã multi et quoties sũt vana ab imagine lusi,
Quàm crebrò stolidos spes sua fallit adhuc,
Quos (dum longa sibi promittunt tẽpora vitæ,
Dum tractant animo plurima, plura volũt,
Dum se facturos credunt ingentia tandem)
Abripit hinc subita mors inopina nece.
Porrò cœcus amor quo nos impensiùs æquo
Corporis & nostri commoda diligimus,
Seq; vnã admirans, blandeq; philautia scalpẽs
Praua serit multi semina vbique mali:
Quî fit enim toti quòd vix resipiscimus vnquã?
(Sæpe grauis pungat nos Metanæa licet)
Corruptæ nisi quòd carnis sectamur anheli
Vndique delicias, votáque mortifera:
Quæ quanuis crebræ sit nobis causſa ruinæ,
Bellaq; sæpe paret maxima spiritui,
Nolumus effrenem tamẽ arctis stringere loris
Confracti ignaua pectora mollicie.
Grãde profectò malũ, propẽsæ ad pessima quæq;
Lasciuæ carnis non moderatus amor,
Vt pulchrè norunt longi grauitate duelli
Qui se non tepida vincere mente student:
Maxima cũctorum sed nobis causſa malorum
Immodicus nostri perpetuusq; amor est,
Qui facit, vt solos nos rebus in omnibus ipsis
Quæramus, spreta laude & amore Dei.

Nascitur

Naſcitur hinc etenim proprij prudentia ſenſus
Nullius facilis cedere conſilio,
Scilicet ingenij fœlicis acumine freta
Et præ ſe cunctos turgida deſpiciens:
Naſcitur & vapidæ fallax ſapientia carnis
Omnia quæ legum ſoluere vincla iubet
Extinguens prorſus diuini flaminis auram,
Qua ſemel amiſſa, perdita turba ſumus,
Nimirum amplexi denſas pro luce tenebras,
Quæ verum lumen cernere nos prohibent.
En tibi quæ ſenſim faciunt tabeſcere mentes
Exhauſtisque mori viribus inualidas,
Non ſecus atque ſui miſerabilis ille decoris
Spectator perijt ſe maleſanus amans:
Nec ſpes vlla malis nos poſſe reſurgere ab iſtis,
Ni properet validam mittere Chriſtus opẽ,
Infundatque ſui precioſum munus amoris,
Quo bene purgari pectora noſtra queant.

DISCRIMEN LATAE ET arctæ viæ, operoſa tabella expreſſum.

Qviſquis in hãc oculos defigis amice tabellã,
Pictoriſq; ſagax ſuſpicis ingenium,
Diſce quid iſta nitens varijs pictura figuris
Te doceat blandi ſchematis illecebra:

Scilicet

Quã multi et quoties sũt vana ab imagine lusi,
Quàm crebrò stolidos spes sua fallit adhuc,
Quos (dum longa sibi promittunt tẽpora vitæ,
Dum tractant animo plurima, plura volũt,
Dum se facturos credunt ingentia tandem)
Abripit hinc subita mors inopina nece.
Porrò cœcus amor quo nos impensiùs æquo
Corporis & nostri commoda diligimus,
Seq; vnã admirans, blandeq; philautia scalpẽs
Praua ferit multi semina vhique mali:
Quî fit enim toti quòd vix resipiscimus vnquã?
(Sæpe grauis pungat nos Metanæa licet)
Corruptæ nisi quòd carnis sectamur anheli
Vndique delicias, votaque mortifera:
Quæ quanuis crebræ sit nobis causſa ruinæ,
Bellaq; sæpe paret maxima spiritui,
Nolumus effrenem tamẽ arctis stringere loris
Confracti ignaua pectora mollicie.
Grãdeprofectò malũ, propẽsæ ad pessima quæq;
Lasciuæ carnis non moderatus amor,
Vt pulchrè norunt longi grauitate duelli
Qui se non tepida vincere mente student:
Maxima cũctorum sed nobis causſa malorum
Immodicus nostri perpetuusq; amor est,
Qui facit, vt solos nos rebus in omnibus ipsi
Quæramus, spreta laude & amore Dei.

Nascitur

Naſcitur hinc etenim proprij prudentia ſenſus
Nullius facilis cedere conſilio,
Stilicet ingenij fœlicis acumine freta
Et præ ſe cunctos turgida deſpiciens:
Naſcitur & vapidæ fallax ſapientia carnis
Omnia quæ legum ſoluere vincla iubet
Extinguens prorſus diuini flaminis auram,
Qua ſemel amiſſa, perdita turba ſumus,
Nimirum amplexi denſas pro luce tenebras,
Quæ verum lumen cernere nos prohibent.
En tibi quæ ſenſim faciunt tabeſcere mentes
Exhauſtisque mori viribus inualidas,
Non ſecus atque ſui miſerabilis ille decoris
Spectator perijt ſe maleſanus amans:
Nec ſpes vlla malis nos poſſe reſurgere abiſtis,
Ni properet validam mittere Chriſtus opẽ,
Infundatque ſui precioſum munus amoris,
Quo bene purgari pectora noſtra queant.

DISCRIMEN LATAE ET arctæ viæ, operoſa tabella expreſſum.

Qvisquis in hãc oculos defigis amice tabellã,
Pictorisq; ſagax ſuſpicis ingenium,
Diſce quid iſta nitens varijs pictura figuris
Te doceat blandi ſchematis illecebra:
Scilicet

Scilicet hortatur contemnere ſplendida mũdi
Somnia, ſpes, & opes, delicíasque putres,
Vt quæ diffugiant tanquã leuis omnia fumus,
Vmbráque momento temporis exigui:
Exemplo tibi ſunt priſci regésque ducésque,
Et cum principibus plæbs maleſana ſuis
Tendere quos Erebi turmatim cernis ad ignes
Iam nudos omni robore, honore, opibus,
Quantumuis fuærint mortalis tempore vitæ
Florentes annis, viribus, imperio.
Dux homicida Cain fraterna cæde cruentus,
Cui Chanaan reprobo cum genitore comes:
Quos ſequitur denſo circũdatus agmine Nemrod,
Aſſyrijq; duces, belligeriq; viri:
Arma quibus leges, ratio & fas dira libido,
Imbellis populus præda erat atq; cibus,
Ferratas raperent cum ſæua in bella cohortes,
Seruili vt premerent regna ſubacta iugo:
Paulò poſt ipſi longè grauioribus omnes
Stringendi vinclis Ditis ad arbitrium.
Hîc quoq;, protẽſo velut indice, triſtis Auerni
Panditur ac vitæ callis vterque tibi,
Quẽ ſermone breui latæ ſub nomine & arctæ
Deſcripſit doctor cœlicus ille viæ
Lata, ait, et ſpacioſa via eſt quæ ducit ad Orcũ,
Qua vulgo incedit maxima pars hominum:

Arcta

Arcta sed est contra cœlestis semita vitæ
Quam valde pauci (prô dolor) inueniunt:
Cernis enim densa turbas properare phalange
Per latum æternæ perditionis iter,
Absorbet patulus vasto quas Tarturus ore
Pertractas laqueis ad Phlegethontis aquas:
Altera sed sursum cœlo vicina sereno
Semita quàm rarò tunditur ecce pede:
Quàm sunt exigui numero, qui pectore toto
Victores certant iugiter esse sui:
Quàm paucos verè fortes Ecclesia Christi,
Quàm raros videt hoc tramite carpere iter:
Qui sacra diuersis lacerati corpora pœnis
Sunt meriti illustris præmia martyrij:
Vel qui se murum opposuerunt fortiter olim
Pro sancta domini magnificáque domo,
Afflicti damnis, terroribus atque flagellis,
Multatique graui non semel exilio:
Quin & seducti populi regúmque fauore,
Subnixi irrumpunt in loca sacra lupi,
Vellere qui placido tecti exuuijsq; bidentum,
Deceptum Christi diripuêre gregem.
Quid mirũ est aũt, quòd iter tã rara per arctũ
Ac duro plenum turba labore meet?
Ardua cùm cœli via sit, pondúsque resistat,
Corporis ignaui semper ad ima trahens,

Spiri

Spirituumque volet medium per inane malorũ
Obsistens studijs plæbs numerosa pijs:
Quid mirũ rursus, si plurima currat ad Orcũ
Turba cateruatim, multiplicique via?
Cùm facilis semper fuerit decursus ad ima,
Et via sit mortis mollis, amœna, capax:
Vtpote sanctarum quæ frangere vincula legũ,
Quæ monet effrenes respuere omne iugum,
Libera corruptæ quæ carni frena relaxat,
Ad venerem inuitans, otia, desidiam,
Ad pompas, lusus, epulas, vim, furta, dolosque,
Vindictam, fastum, pocula, & ingluuiem:
Ostentat passim flores, & aprica vireta,
Hoc est, quæ pellax cõmoda mundus habet,
Vt non prospiciant extrema pericula cœci,
Terrenis vincti firmiter illecebris:
Plurimus in viridi sed gramine cõditur anguis
Plenáque viscosis omnia sunt laqueis,
Quos stolidi vt nequeant purgato lumine cor-
Cernere, & hostiles effugere insidias (dis
Opponit speculum fallax properantibus hostis,
Ad quæ procurrunt ne mala prospiciant:
Hoc speculũ, mũdi species, atq; vmbra bonorũ
Istius & vitæ nõ moderatus amor, (est,
Quæ tria protrudunt hoïes ad pessima quæq;,
Permittunt rapidæ nec meminisse Stygis:

Subdo

Subdola nã mundi ſpecies ac blanda voluptas
Immodicus vitæ præterea huius amor
Obtenebrant tanta cœcis caligine mentem,
Vt quorſum properet cernere nemo queat:
His velut oppanſo ſtolidos velamine dæmon
Deludens, carnis faſcinat illecebris,
Ne patulas videant fauces Acherontis auari,
Attonitiq; ferant ad loca tuta pedes:
Inſuper exclamat mendaci perfidus ore,
Nequaquàm mortis ſpicula vos ferient:
Furtiuo tanquàm ſeductis murmure dicat,
Pergite nil vſquàm quod metuatis adeſt:
Cur tremor ante tubã muliebres occupet artus?
Seruanda in canos anxia cura graues,
Plurima adhuc vobis ætatis luſtra ſuperſunt
Apta mero, & Veneri dulcibus apta iocis:
Proinde voluptati date tempora læta iuuentæ,
Corporis addicti ſedulò delitijs:
Vtque cutem vobis ſtudio curantibus omni
Non vnquàm deſit grandis aceruus opum
Fraude doliſque bonos periuræ fallite linguæ
Expilate pios, viribus opprimite:
Non vos plorantis viduæ gemituſq;, preceſq;,
Canities moueat nec veneranda ſenum,
Non pupillorum ſuſpiria, luctus, egeſtas,
Sed quauis nummos accumulate via:

Quunq; graues annis tandē capuloq; propiquos
Destituent vires, curua senecta premet,
Ad Christum toto tum verti corde licebit
Ac gemitu placidum conciliare breui,
Nō frustra est etenī tā tristia & aspera passu
Omnia sed solus crimina vt elueret:
Vestrorum nec enim meritorum dines abund
Indiget, vt blando vos gremio excipiat:
Qui peccatori qua suspiraverit hora
Immemorem scelerum se fore pollicitus:
Hæc sunt quæ dulci coluber vetus ille susurr
Non cessat vanis mentibus ingerere,
Impius à primo mundi qui proditor ortu,
Seducens hominē (non moriemini) ait:
Interea at mēdax flāmantis ad antra barathri
Mille trahit captos artibus atq; vijs:
Inuidia, ambitione, odio, Venere, ebrietate,
Litibus, & pugnis, fastu, & auaricia:
Accumulare docet nūmos, patrimonia, villas,
Diuitiasq; omni multiplicare modo,
Per fas atq; nefas corradere, habere, tenere,
Pauperiem totis viribus effugere:
Suggerit & tristi pietatem vendere vultu,
Eximieque probos se simulare foris
Ante oculos summi cernentisq; omnia regis.
Cum sint corrupti moribus atque animo.

At do-

At dominus contra roseo spectandus amictu
Qualis ab edomitae prodijt ore Stygis,
Recta ego sum vitae (clamat) via, vitaq; perpes,
Vera ego iusticiae semita, vera salus:
Tanquàm si fidus pecoris placidusq; magister
Errantes reuocet sic miseratus oues:
Obliquo quorsum distortos tramite gressus
Vertitis ingressi perditionis iter?
Ista quidem vobis forsan via recta videtur,
Sed certum finis ducit ad exitium:
Ad me qui solidam cupitis transite salutem
Atq; meo faciles subdite colla iugo,
Cuius onus iugi semper fit amantibus vsu
Mitius & placidum suauius obsequium:
Porrò nostra sequi vestigia siquis anhelat
Syncæram vt requiem pectoris inueniat,
Deserat hic sese, carnem mũdumq; perosus,
AEquanimisq; suam baiulet vsque crucem,
Sese, animũq; suum, mũdanáq; gaudia calcet,
Angustumq; libens ingrediatur iter:
Arcta quidem & multo cœli via plena labore,
Aspera sed quæuis dulcia reddit amor
Atque ego nõ longum modici certamẽ agonis
Compenso æterna pace, salute, bono.
O quàm vera dei nobis proponit & æqua
Filius, angusta dum monet ire via,

Qua cum ſanctorum tot millibus eſt prior ipſe
Progreſſus, victo Dite trophea ferens.
Cuius per liquidum volitantes æthera mites
Subſcribunt genij dulcibus eloquijs.
Clamantes, mundum & mundi nolite fugaces
Illecebras cœco mentis amore ſequi:
Eheu, quàm raros ſed nobilis inuenit ille
Conſtanti doctor pectore diſcipulos:
Exceptis etenim paucis quos ignea virtus
Dilectos ſuperis ſplendida ad aſtra vehit,
Delitias carnis vulgò ſectamur opéſque,
Quæq; placent multa commoditate vias:
Nec potare merum quamuîs letale timemus,
Improbā quod Babylon porrigit attonitis,
Illa (inquàm) meretrix, gẽmis auroq; coruſcās,
Candida Sarrano murice membra tegens,
Ebria quæ multo ſanctorum ſanguine, philtris
Pectora dementat caſſa timore ſuis,
Splendentem oſtentans calicĕ radiante metallo,
Sed liquor eſt dulci miſta aconita mero:
Quid mirũm eſt ergo ſi paucis aſtra patebunt
Anguſtum cuncti cum fugiamus iter?
Nunc bene ſi noſti diſcrimen vtrunq; viarũ
Collige ſolerti cætera mente ſagax:
Aſpicis hîc merces etiam proſtare viator
Naturæ multum diſparis & precij,

Quas

Quas partim exponit vænũ mortalibus Orcus,
Signatas partim mitis Ieſus habet:
Damnati princeps mundi venalia ferme
Omnia proponit proſtituitque ſacra,
Crimine quæ nimium noto protrudit emenda,
Da, clamans, animas, cætera tolle tibi:
Cui credens auidi ſectatrix turba Simonis
Non dubitat precio ſancta parare dato.
Non deſunt etenim vendẽtes ſacra & emẽtes
Res quibus eſt anima charior atq; deo:
Lõge alias ſed habet merces moderator Olympi,
Omnia dans paſſim ſufficienſque ſibi,
Vilibus incluſas ſaccis quas diſtrahere optat,
Emptores ſi quo poſſit habere modo:
Nimirum electas virtutes, donaque ſancti
Flaminis, omne auri quæ preciũ exuperant,
Nobilius quid enim vera pietate, quid vſquàm
Mens tibi componi munda nitẽſque poteſt?
Magnificum certe diuini munus amoris
Omnibus excedit quæque caduca modis:
Hus autem dominus merces exponit emendas
Non aliquot nummûm millibus atq; minis,
Ingentis precij vt lapides conſueuit auarum
Mangonum vulgus, lucra vt opima ferat:
Theſaurus tantus, gẽmarum tanta ſupellex
Venalis gemitu eſt, aſſiduaque prece:

Scilicet hæc propter cœlestis munera doctor
Vendendum suasit quicquid in orbe tenes,
Diuitijs esto, vincas Chresum atq; Darios
Exuperans amplas & Solomonis opes:
Hoc etenim precio cœlestia regna parabis
Si modo vim cœlo feceris atq; tibi.
Dispice nunc solers & versa sæpius hospes
Cui iam discrimen notum vtriusq; viæ,
Quid magis expediat: per tramitis arduadextri
Hirtaque luctari saxa labore breui,
Vt postquàm salebras callis superaueris arcti
Exiguo regnum cum grege possideas?
An, caro qua suadet stimulate libidine eundũ,
Compita per læuæ currere lata viæ?
Vt male securus rapido immergaris Auerno
Digna ibi laturus premia pro meritis:
Dextera vis cœli te semita ducat ad arcem?
Ne trepida Christum cœlicolásq; sequi,
Infracto subiens animo superánsq; malorum
Quicquid luctantem fortiter excipiet:
An magis ad læuam gressu placet ire pætulco.
Maxima pars hominum qua furiosa ruit?
Fac quodcũq; libet quãtum potes vtere mũdo,
Exple te carnis iugiter illecebris:
Sed tibi quod ratio veniat reddenda memento
De cunctis simulac viuere desieris:

Elige

Elige dum tempus patitur, nam certa dabuntur
Iustaq; post mortem præmia vtrinque tibi:
Arcta quidem vario modo semita plena labore
Exitus æternam sed vehit ad requiem:
At spacioſa breui via commoditate suauis
Ducit ad igniuomi flammea stagna lacus
Ista tibi volui non esse ignota viator
Hæc auida quisquis carmina mente leges,
Ne solos oculos picturæ in imagine pascas,
Vt rudis & vecors plæbs pueriq; solent:
Sed magis hinc discas tibi posthac qua sit eundū
Arecta vt nusquam digrediare via.

IRONICA DAEMONVM Epistola ad amatores istius mundi.

Saluete mundi nobiles
Ciues, alumni, filij,
Amica nostro gens gregi
Orci inclito collegio.
Saluere vos Pluto iubet
Amiculos tanquàm suos,
Secunda vobis omnia
Hic euenire postulans.

Digitized by Google

Nam ſuauiter deſiderat
Vos molliterque viuere
Procul repulſis omnibus
Curis, dolore, ſcrupulis.
Ambire, amare, quærere
Vi, fraude, praxi, induſtria
Opes, honores, gloriam
Et veſtra vbique commoda.
Collaudat autem plurimum
Vos blandi amicos ſæculi
Vltro quòd amplexamini
Quæcunque nobis perplacent.
Hoc eſt, quod æternis bonis
Obliuioni traditis
Terrena ſola exquiritis
Carnis ſequentes gaudia.
Hortatur inde ſingulos
Hortamur & nos ſedulò
Vt more veſtro viuere
Pergatis abſque ſcrupulis.
Securo enim ſic pectore
Mundi poteritis gloria
Carniſque pro voto frui
Deſideratis gaudijs:
Si deſides & flaccidos
Metus æger occupauerit,

Flos

Digitized by Google

Flos interim gratiſsimi
Vos præteribit temporis.
Dieſque quos in friuolis
Angustijs, laboribus,
Curiſque mœſti perditis,
Non vlla reuehent ſæcula.
Dum ſomniatis anxij
Iuuenta ſenſim diffluit,
Tot delicata gaudia
Intacta vobis tranſeunt.
Quàm clarus ecce ſol micat
Splendore fulgens aureo:
Quàm dulce perſonant melos
Per rura volucres frondea:
Inuitat vltrò ad cantica
Luſus, amores ac iocos
En blanda cœli amœnitas
Gratúſque ſyluarum viror.
Quis non voluptuarier
Totus proin nunc expetat?
Explete mellitiſsimis
Vos oſculis & riſibus:
Quã ſuaue rurſus cantharũ
Obambulare Bacchicos
Inter ſodales ad focum,
Dum bruma ſæuit friſore:

Garri-

Digitized by Google

Garrire vel cum Cypriæ
Blandis deæ pediſſequis,
Poſt lauta vel luſorijs
Certare chartis prandia.
Illos proinde ducimus
Fortes, beatos, prouidos,
Affectibus qui nil ſuis
Auidiſque ſenſibus negant.
Quos larga conſcientia
Permittit abſque ſcrupulo
Præſentibus frui bonis
Futura non morarier.
Euge, euge noſtri ameuli
Mundi fideles aſſeclæ,
Qui ſuauiter traducitis
Ac molliter veſtros dies.
Ad nos frequentes currite
Quos ſedulos habebitis
In arce ditis inclyta
Socios, miniſtros, vernulas.
Non angat vllus vos metus
Vel cura diuerſorij,
Quos hic manent habitacula
Numeroſa, lata, patentia.
Hic rerum earum copia
Longè eſt adhæc vberrima,

Quibus

Quibus hospites gratos decet
Labore fessos excipi.
Nam temperata balnea
Niue, & pruina, & grandine,
Glacieq; constricti lacus
Refrigerabunt feruidos.
Fomenta nempe aptissima
Ad exigendum flammeos
Stimulos & æstus pristini
Ardoris & libidinum.
At ista postquàm largiter
Lassos refrigerauerint
Instructa lentis ignibus
Aderunt vbique balnea.
Non quæ necesse fascibus
Fouere vel carbonibus,
Nequando vi cuiuslibet
Flammæ tepescant frigoris.
Sed fœtidi flammantibus
Quæ sulphuris venis scatent,
Multaq; fœta iugiter
Pice, resina & naphtha calent.
Huc delicati currite
Mundi proinde filij,
Vbi luculentus omnibus
Paratus est semper focus:

Abster-

Absterreat nec vos labor
Læuo ferendus tramite,
Nec solitudinis timor
Affligat ægra pectora.
Nullis laboribus est opus
Angustijs, molestijs,
Ad regna Ditis peruia
Spacioſa ducit orbita.
Assueta mollibus caro
Impellit vltrò ad inferos,
Sodalium frequentia
Hortatur ire alacriter.
Quàm densa nix cœlo ruit
Vrente terras frigore,
Foliaque passim decidunt
Octobris ante terminum.
Tam magna quouis tempore
Caterua damnati gregis
Ad nos ab omni climate
Chaosque nostrum confluit.
Quid ergo adhuc cunctamini
Oculosque cœlo figitis?
Super astra qua confiditis
Patére vobis transitum?
Versentur illic cœlites,
Vobis quis alas porriget?

Vt sub-

Digitized by Google

Vt ſubuoletis ad loca
Milleſimo vix peruia.
Gaudete rebus obuijs,
(Quid ſpes inanes paſcitis?)
Fidenter illuc pergite
Natura quo vos prolicit,
Ad amplam alacres orbitam
Properate læui tramitis,
Quæ lata, plana & commoda
Tot vbique vernat floſculis.
Potate, comeſſamini,
Sorbete, inebriamini,
Amate, pergrecamini,
Scortamini, mœchamini:
Diuerſitate miſſuum
Saliaribuſque ferculis
Protrahite in horas quattuor
Vel quinque lauta prandia.
Rurſumque poſt breuem moram
Menſis eiſdem accumbite,
Pariique cœnas tempore
Celebrate tanquàm ad clepſydram.
Terra, mariique quærite
Laſſam quod excitet gulam,
Et quæ palatum mulceant
Exoticis ſaporibus

Digitized by Google

Vos prouocantes interim
Largos ad hauſtus, vt caput
Mero grauati plurimo
Stertatis in multam diem.
Iubete ſic miſcerier
Vobis phalernum nobile,
Vt ſpumet, ac ſcintillulans
Subſultet extra poculum.
Curate vt in cryſtallinis
Sciphis Lyæus ſplendeat:
Vt prouocet nitor vitri
Ad potitandum largius.
Per fas nefasq; prædia,
Chriſtiq; patrimonium,
Argentea & pecunias
Multiplicate ſeduló.
Vt nummi abundè ſuppetant
Quibus parantur omnia
Quæ blandiuntur ſenſui
Libidiniq́ue ſeruiunt:
Ne ſit quod vrat anxios,
Nugis, choreis, poculis,
Fidibus, chelyq; & fiſtulis
Curas edaces pellite.
Hyemis fugate tædia
Nunc orbibus luſorijs,

Nunc

Nunc ſubdolis latrunculis,
Nunc chartulis & alea:
Mundi tumentes gloria
In florulentis veſtibus
Per templa, vicos, compita
Vt principes incedite.
Veſtiri enim ſic addecet
Epularierq; ſplendidè
Secli potentes filios,
Quibus licet quidquid libet.
Quid macerare tetricis
Curis iuuentam proderit,
Nitidamq; carnem affligere
Inamœna per ieiunia?
Meditentur hæc ſororculæ,
Monachi, theologi, hypocritæ,
Vos ambulate mollius
Dites, potentes, nobiles.
Nil dicta vos minacia
Fraterculorum terreant,
Nec turbet vllus aſperis
Sermonibus cucullifer.
Anilibus ſed fabulis
Ineptiora credite
Quæcunq; ſtulti turbidis
Populo ingerunt clamoribus.

Vt ſe-

Vt sæculi inter prospera
Obdormiatis ebrij,
Tum more nostro mortuos
Regaliter tractabimus.
Pro floridis nam vestibus
Mundique pompis, vos graues
Candentis æris laminæ
Flammis adurent stridulis,
Pro sæculari gloria
Eritis perenne opprobrium
In infimum mersi lacum
Subter cloacas Tartari.
Pro dissolutis gressibus
Saltare cum Proserpina
(Flagris adacti flammeis)
Furiisque compellemini.
Pro cantilenis lubricis
Væ personabit horridum,
Lamenta, planctus, verbera,
Blasphemiæque perpetes.
Pro delicatis ferculis,
Angues, colubros, dipsadas,
Cœnum palustre & stercora,
Prunasque deuorabitis.
Condigna demum pocula
Lauto dabuntur gutturi,

Nam

Digitized by Google

Nam fel draconum & aspidum
Mistum bibetis sulphure.
Rapido vel igne torridos
AEterna torquebit sitis,
Frustraq; vobis tunc aquæ
Dari petetis guttulam.
Vt dives ille regio
Amictus olim murice
Niucáq; byssо, splendide
Qui sueuerat epuliarier,
Frustra popoſcit æstuans
Liquentis vndæ stillulam,
Qua lingua adusta paululum
Posset refrigerarier.
Cutem proinde dum licet
Et quatenus conceditur
Curate lautè, & molliter,
Genialiterque viuite.
Certi id genus post exitum
Epulas, honores, commoda
Donanda vobis affatim
In sempiterna sæcula.
Sed ante mortem hæc credere
Nolite vel turbarier,
Nec cordis anxij pauor
Corrumpat omne gaudium.

Digitized by Google

Nihil opus occuparier
Vos ante canos hoc metu,
Nam ſera cum mors Venerit
Licebit iſta expendere:
Breuique tum ſuſpirio
Cuncta expiare crimina
Quæ Chriſtus affixus cruci
Obliterauit funditus.
At nunc inuenta, ſanitas,
Res, vita donec ſalua ſunt,
Quorſum attinet ſuperfluis
Vos macerari anguſtijs?
Non eſt neceſſe tam cito
Triſtari & expaueſcere:
Biſquinque luſtris commodè
Hac vita adhuc fruemini.
Proinde dum tempus ſinit
Vlla abſq; cura viuite,
Nos ſpe repleti plurima
Vos opperimur interim.

SVGILLATIO HVMANAE VI-litatis & Væcordiæ,

QVàm maleconſultus, ſtolidus, Væſanus & excors.
Gaudia quæ perdit, ſibi quot parat ille dolores,
Quàm

Digitized by Google

Quàm magnis opibus, quãto se fraudat honore,
Qui propter cœcũ moribundæ carnis amorem
(Quæ viridi similis fœno cito transit & aret)
Transgreditur placidi mãdata subinde parẽtis:
Quiq; breuẽ propter, vanum, falsumq; decorẽ
Quo miser hic mundus stultis florere videtur,
Dulcia cœlestis perdens solatia regni
Currit ad vndantes flãmis & sulphure cãpos.
Quid, precor, humanũ est (talos à vertice ad
Si bene perspicias) nisi res viliſsima corp⁹? (imos
Nimirũ ex olido cõceptum semine, & ipsis
A cunis mucco, sputis & stercore fœdum:
Inde tot exhalãs graueolentes sæpius auras
Vt vix putidius quidquã inueniatur in orbe:
Quod satis ostendunt putres cũ dentibus atris
Gingiuæ, & stomacho prorũpẽs dira mephitis,
Quæq; solẽt mẽbris fluere excremẽta, vaporq;
Teter, honor castis semper suus auribus esto:
Quanta proin stolidas hominũ væsania mẽtes
Occupat, vt spurcam tanto ampletãtur amore,
Exornent studio, lactent dulcedine carnem:
Æternæ nihili quasi ducãt præmia vitæ,
Hæc modo nanciſci plene sua commoda posſit:
Quam benè curata nitidã cute, tegmine Serũ
Velantes redimunt argento, murice, & auro:
Tãquã magnũ aliquid foret ac spectabile, plenũ

Sordibus obscœnũ vas hoc viuumq; cadauer,
Intima sæpe ferens certã intra viscera mortẽ:
Cùm sit proluuies olidæ cœnosa cloacæ
Pestiferam spirans non rarò è faucibus aurã,
Disitus vnde etiam longè corrumpitur aër.
Vt patet in morbis quorum contagia latè
Per trepidum serpũt viroso afflamine vulgus.
Porro quid vapidæ species & gloria carnis,
Vitaque mille malis quàm cincti ducimus istic?
Incerti prorsus quando spoliabimur illa
Aut vbi, ad ignotas sedes migrare coacti: (dax
Quid? nisi vana, breuis, fugitiua, leuissima, mẽ-
Bulla, vapor, nubes, vẽtus, sopor, vmbra, nihil-
Humanæ species vt sit pulcherrima formæ (q.
Campestri similis flori est perfrondea rura:
Qui rapido perdit mox omnem ardore decorẽ,
Igneus arentes postquàm sol incitat agros
Vrere, & in pallens cõuertere gramina fœnũ:
Sic etenim modicæ calor & vis lurida febris
Corporis humani rapit exhauritq; vigorem,
Totũ hominẽ subitò vertens in putre cadauer.
Nec minus est fallax mundi pellacis imago
Quamlibet incautis specioso arrideat ore:
Illecebrisque suis seducti nubila vulgi
Tanquàm Circeis dementet corda venenis.
Absterses etenim fucis falsoque nitore

Quid,

Quid, precor, est nisi res iste īmūdissima mūdus?
Corrupte la animi, vitiorum flumē, & æquor,
Iustorum carcer, dolor, exiliumque piorum? +
Quid, nisi corrupto stagnans humore lacuna
Quæ turbata grauem longè diffundit odorem
Inficiens multos cœni fœtore palustris?
Quid, nisi fucato seductor hypocrita vultu?
Qui quicquid blando promittat subdolus ore
Semper amatores miserando decipit astu
Ludificatque suos ac spe frustratur inani,
Illusosq; breui post tempore mergit in Orcum:
Vt pro delicijs quibus incubuêre caducis
Atra bibant semper Stygiorum fella draconū,
Aspidis & tetro cōmistum sulphure virus:
Quoque fuit maior lasciuæ gloria carnis,
Hoc quoque tormentis grauioribus affligātur:
Vt sacra testatur verbis scriptura disertis.
Si dubitas ādhibere fidem mihi vera canēti,
Dic mihi quod paucis te mens terrena rogabo
(Quæ tibi promittis regnum post fata perenne
Tota licet carnem quæras mundūq; sequaris)
Dic vbi nunc reges & cruda mente tyranni,
Magnates, satrape, proceres, comitesq;, ducesq;
Primatesq; viri degunt, tumidiq; monarchæ,
Terrarum domini quōdam, sceptrisq; superbi?
Terrebat quorum vox imperiosa popellum

Iura darent trepidæ cũ turbida & impia plebi,
Nec cuiquàm cõtra quicquàm mutire licebat:
Quiq; dij quasi terrestres metuiq;e, coliq;
Gaudebant, fas credentes quodcunq; libebat:
Dic, vbi sunt illi quorum fit crebra vetustis
Mentio in hystorijs, & nostri tẽporis actis?
Accensi immodico fugitiuæ laudis amore,
Qui magnũ in terris sibi quærere nomẽ auebãt:
Bellaq; sanguineo truculenta furore gerẽtes
Vastabant arces, & fractis oppida muris:
Quiq; domos celsas, spacioſa palatia, & aulas,
Pictáque multiplici cœnacula lata colore
Sumptibus immensis stulta ambitione struebãt
Splẽdida de Pario sibi marmore busta parãtes:
Quique in delitijs volucres habuêre rapaces
Quas animi causſa, vanáq; cupidine prædæ
Ingenti mercede emptas lautiſsimè alebant,
Iniusto grandes lucro, craſsiq; rapina:
Pondera flauẽtis demum qui fulua monetæ
(Cui stulti fidunt homines) nitidiq;e metalli
Accumulare vllo cupidi sine fine solebant,
Venales animas, leges, ac iura ferentes.
X Dic, vbi sunt omnes tã dites, támq; potẽtes
Tã clari, & celebres, tã magni nominis olim,
Tam formidati, tam insignes fortibus ausis?
Quónam abijsse putas illos post munia vitæ?

Aut

Aut qua terrarum nunc in regione triũphãt,
Exagitãtq; feras, & equorum terga fatigant?
Vt paucis quæ sunt scripturis consona dicam,
Post breue momentum fugitiui temporis huius
(Quo sua certarunt inscribere nomina terris)
In pus & cineres sunt ꝟersa cadaucra eorum:
Aut ꝟermes putri absumpsere fluentia tabo:
Aſt animæ subito carnis mundiq; coactæ
Linquere cum multo ꝟota illecebráque dolore
Turmatim æterni subierunt ignis abyſſum:
Maxima pars (inq;) horrẽdis cõstricta tenebris,
Innumeríſq; oppreſſa malis deſcendit ad Orcũ:
Illorũmque loco ꝟitijs obnoxia eiſdem
Nec memor ipſorum ſucceſsit turba nepotum,
Dedita non aliter ludis, Veneri atque Lyæo
Immenſiſq; opibus per faſq; nefaſq; parandis,
Ac ſi de cœlo quæ credimus atq; gehenna,
Gaudiáq; & pœnæ ꝟani ſint fabula ꝟulgi.
Sed quia in exẽplis quæ noſtra hæc protulit
Acrior eſt ſtimul⁹, ſpectataq; forti⁹ ꝟrgẽt (ætas
Dic mihi, dic ꝟilis Bacchi, Veneríſq; ſatelles,
(Qui patrũ nihil exemplis leuitérue moueris)
Eſt ꝟbi nunc faſtus, laſciuia, ſplendor, honores
Illorum & luxus, tota qui mente caducis
Rebus inhærebant immerſi pectora mundo?
Ex quibus ipſe aliquos nouiſti forſan opimis

Florentes opibus regumq; fauore potentes:
Dic mihi, dic quæso, quid nũc venẽtur, agãtq;,
Quos toties ambire nouos vrgebat honores,
Officia, & fasces studio inueteratus anhelo
Ardor auaritiæ, grauibusq; agitata procellis
Iugiter ambitio: quos praxi imbuta Simonis
Fraus vetus ex censu templi ditarat abundè:
Quiq; per obliquas furtiuo calle fenestras
Scandentes, magni inuasum pastoris ouile
Intrabant, non vt populo prodesse studerent
Hortando, bene viuendo, rectèq; docendo,
Securi quid oues triplici paterentur ab hoste:
Ampla sed vt Christi patrimonia dilapidarẽt,
Delicijs saturi, compti, luxúq; fluentes:
De grege qui lectos, fuerat siue altilis agnus,
Siue tener vitulus, volucresq; ferasq; vorabãt
Consueti lautis epulis distendere ventres,
Auratisq; sciphis dulcissima vina bibebant:
Quiq; ad potandum primo se mane leuantes,
Vsq; ad concubiam vacuabãt cymbia noctẽ:
Quosq; ad siccandũ cyathos, paterasq; capaces
Longus & assiduus fortes effecerat vsus:
Deniq; post domitã iguuiẽ post pocula magna
Qui dãnosa manu gaudebant ossa rotare
Disparibus signata notis, orbesq; sonoros,
Iactantes eadem bicoloribus arma fritillis:

Molli-

Mollibus in lectis niuea inter linthea demum
Lubrica qui carnis uersabant mẽbra petulcæ
Nequiter in plumis soliti uigilare, & eburnis
Lasciuiire toris largi post munera somni,
Non rarò hesternæ ructantes fercula cœnæ:
Et (quanquã magni in Clero mystæq; sacrati)
Consortem lecti ancillam dominãque fouebãt
AEdibus in proprijs, & stupris undiq; pleni
Ante focum teneros spectabant ludere pupos.
Si tales igitur nouisti, dic mihi, quæso,
Dic (inquam) bona qui tantũ præsentia laudas,
Illorum quo nunc euanuit ampla uoluptas,
Gloria, deliciæ, iactantia, luxus, amores?
Cunctaq;, quæ uana captas dulcedine mentes
Immemores fecêre Dei propriæq; salutis?
Omnia cum sonitu pernicis arundinis instar
Præterière breui, quæ tenso mox ut ab arcu
Fortiter excussa est tenues cito trãsuolat auras,
Tramite in aerio uestigia nulla relinquens.
Ast ipsi uita sum ut migrare coacti
Dilectũq; nimis, properanter linquere mundũ,
Nil secum è terris permissi tollere, spreti,
Nudi, inopesque Dei uenerunt ante tribunal:
Iustaq; quo trepidos sententia iusserit ire
Iudicis intrepidi (qui nullum respicit, æquus
Omnibus & rigida dispensat singula lance)

Proti-

Protinus abducti certa in regione tenentur
Dant vbi pro meritis æterna in sæcula pœnas:
Ecce breuis quanto pensetur felle voluptas
Votaq; quã tristis mũdana sequatur amaror.
Prætereãt ergo cùm tam cito gloria, fastus,
Deliciæq; & opes fugitiui temporis huius:
Et collata bonis patriæ regniq; superni
Reuera ventus sint omnia, fumus & vmbra,
Quæ vulgò laudãt homines, mirãtur, amãtq;,
Ingentiq; parare sibi anxietate laborant:
Vnde animos, precor, humanos tã dẽsa, grauisq;
Caligo & cœci premit insipienta cordis?
Vt nõ prospiciãt, quòd nõ modo friuola quædã
Immodicis curis, nec raro noxia quærant,
Quæq; vbi delusus falsa dulcedine mentes
Hîc oblectârunt aliquot fortasse diebus
Mergũt in flãmas tormẽtaq; Acherõtis auarõ,
Sed propter nihili res insuper atq; caducas
Æternæ amittant hæc aurea munera vitæ:
Tẽperiem semper vernã sine frigore, & æstu,
Perpetuamq; diem miro fulgore coruscam
Quã nullæ obfuscãt tenebræ, nebulæq; vel, im-
Plenaq; quæ nullo turbãtur gaudia luctu, (bres:
Deliciasque oræ illius tractusq; beati,
In quo versicolor fructu paradisus opimo
Vernat & ambrosium late diffundit odorem:

Cantil-

Cantillantq; vllo lætũ absque labore volucres
Pæana errantes passim per florida Tempe:
Quæ fons perspicuis nitidissimus irrigat vndis:
Arbor vbi vitæ generosis inclyta pomis
Inter odoratas cedros pulcherrima surgit,
Ceteraq; illius patriæ ditissima dona,
Quæ noster frustra calam⁹ memorare laboret,
Quòd superent aciẽ humanæ vel singula mẽtis.
Prô, stolidas hominũ mentes, ô talpea corda,
Quàm procul à vero mortales lumine aberrãt,
Dum tanti faciunt, bona dum fallacia solum
Istius exilij miserabilis admirantur,
Sectantes vano nebulasq; notosq; labore:
Nec bona contendunt æterni acquirere regni
A domino iustis quæ sunt promissa fideli
Post pugnam, luctúmq; breuem donãda beatis:
Imò nec illorum nisi raro obiterq; salubri
Ac sancto desiderio tanguntur inertes:
Vecordes sane & cœci, qui gaudia propter
Temporis exigui mendacia, fluxa, pudenda
Quæ nũc ĩmodico stolidi amplexãtur amore,
Nunquàm visuri sunt illa decora supernæ
Mœnia Hierusalẽ fora, cõpita, tecta, recessus,
Omnia quæ radiant fuluo cum mœnibus auro,
Nec suaues illos modulos voceſq; canoras
Spirituum miseri poterunt audire bonorum

Quoſq;

Quoſq; Deo reſonis modulãtur cãtibus hymnos:
Cernere præterea nunquàm ſpecioſa ſinẽtur
(Terribiles inter poſiti nigroſq; ſathanas)
Agmina diuorum, placida vel mente videre
Illud præcelſæ ſpeculum deitatis amœnum,
Omne bonũ quod perfectè complectitur in ſe,
Humani longe ſupra captumq; modumque
Ingenij ac deſiderij ridendáque vota.
Scrutemur tantæ, precor, hic caliginis ortũ,
In varijs quotquot ſtudijs libriſque iuuentam
Triuimus aſperſi niueis iam tempora canis:
Tempus enĩ cauſſas horrendæ inquirere noctis
Nubila quæ inuoluit tã denſis corda tenebris,
Vt non perſpiciant, vitæ mortiſque futuræ
Vix vnqàm memores laſciuæ carnis amici.
Quòd cœci, ſecuri, hilares ad Tartara currant:
Dũ breue mel, multi vitiat quod fellis amaror,
Plærumque, & falſa longe dulcedine maior
Emptum morte volũt, & ea ſine fine perenni:
Cum vix dignentur quicquàm tentare patiq;
Quo fieri poſſint ciues procereſq; ſuperni:
Ecquæ ſtulticiæ, præcor, eſt tam grãdis origo?
Indicium cum ſit maleſanæ mentis apertum,
Sordida quod miſeri ſibi ſpurcæ gaudia carnis
(Quæ cito deficient teneræ lanuginis inſtar,
Bullaq; vt exiliẽs ĩ aquis, vel ſpuma tumeſcẽs)

Tam

Tam grandi ſtudio, curis, ardore, periclis
Contendunt, nec credenda anxietate parare,
Æternas quibus ad pœnas, luctumq; ferũtur:
Quum contrà ſudore breui cœleſtia regna
Ignauo oppreſsi pectus torpore recuſent
Quærere: nec modicũ ſtudeãt iam ferre laborẽ
Cum domino vt poſsint ſemper gaudere beati.
Scilicet immerſos mũdo, veneriq́ue litantes
Ac ventri, elatos, & auaro corde tenaces
Faſcinat obtuſæ ſic inſipientia mentis,
Vt non proſpiciant interno luminæ caſsi
Venturæ pœnasq; truces & gaudia vitæ:
Claudit enim ſtupidis oculos nocitura voluptas,
Faſtus & ambitio, prudẽtũm ſeria verba
Doctrinasq; vetãs monitusq; minasq; ſalubres
Nubibus oppreſsi deſcendere ad intima cordis:
Atq; hinc qui carnis ſe toto pectore curæ
Ac deſideriis tradunt, mundumq; ſequuntur,
(Tanquàm febrili quibus eſt ardore palatum
Fortiter infectum) quæ ſunt cœleſtia bruto
Non ſapiũt animo, vix credũt, nilq; morãtur,
Incolumi donec re, fama, & corpore viuunt:
Stultus enim nõ fert, ſed quicquid dixeris odit
Ni referas vano quæ vecors pectore voluit:
Sic terrenus homo ſurda non percipit aure,
Nec ſapit aut ſẽtit, legere & meditarier horret

Cœli-

Cœlitus edocti quæ descripsére prophetæ,
Quæq; suis famulis inspirat Christus Iesus:
Stulticia est etenim fatuo sapientia: vano
Complecti nec sacra potest mysteria corde,
Immodico carnis quicunque tenetur amore:
Atq; ita dũ miseri bona falsa, fugatia, egeni
Posthabitis captant veris, solidisq; & opimis
Post aliquot menses iustè spoliantur vtrisq;.
O vtinã saperent, vitæq; pericla frequẽter
Istius attonita voluentes plurima mente,
Quattuor exacta ratione nouissima crebro
Versarent secum, quibus illecebrosa voluptas
Et mundi species cordis nunc lumina claudẽs,
Non sinit extremæ mala præmeditarier horæ:
Quàm bene cõsulerẽt propriæ fratrúmq; saluti,
Ingiter ante oculos si mentis habere studerẽt,
Mortẽ, iudiciũ, Phlegethontẽ, & gaudia cœli:
Quattuor hæc etenim vigili si expẽdere cura
Certarent, hoc inspicerent si crebro volumen,
His si transigerẽt studijs data tempora vitæ,
Non sic effrenes ruerent ad pessima quæq;,
Despicerent mũdi fumos, spes, cõmoda, põpas:
Duraque solicito perculsi corda timore
Sordibus in solitis vitijsque hærere timerent:
Qui nũc intrepido mala pectore multiplicãtes
Securis alacres animæ rapiũtur ad Orcum:

Vt

Vt demens oculis in flumen ſaltat apertis.
Verũ quæ trepido nũc voluere corde recuſant,
(Sordida cogantur ne vota relinquere carnis)
Quæ velut affectant animo neſcire ſupino
Auribus ad ſanctos monitus & pectore clauſis:
Quæ demũ oderunt peruerſæ occurrere menti,
Impia ne vexent vlli præcordia ſcrupi:
Vera nimis tandem agnoſcent & certa fuiſſe:
Cùm pandent oculos rapidæ tormenta gehennæ
Quæ nunc velantur cœca dulcedine culpæ.
His bene perpenſis tacitus nunc collige tecũ,
Quisquis adhuc carnis ſtulto infatuatus amore
Delitias tantum fugitiuáq; gaudia quæris,
Quantum deſipias: qui tam ſecurus & expers
Triſtitiæ velut hic ſemper victurus, in omni
Mollitie, ambitione, gula, luxuq;, iociſq;
Lubrica præcipitis conſumas tẽpora vitæ:
Quum te plena alacri ſorbentem pocula corde
Vndiq; mors ſubitò poſsit proſternere caſu:
(Quódq; magis miſerũ, lachrymabile, triſte, pa-
Qualibet æternis ſis proxim⁹ ignib⁹ hora, (uẽdũ)
A quibus exiguus, fallax, tener, atq; caducus
Corporis infirmi paries te diuidit ægre.
I nunc, tam grandi te totum ex pone periclo
Molliter vt corpus foueas, mundoq; fruaris:
I nunc, & (tanti ſi ſunt tibi præmia vitæ

Laſciuæ)

Lascinæ)æterno carnis pete gaudia luctu.

CHRISTIANIS OMNIBVS potissimùm Sacerdotibus.

CHristigenæ, regale genus, diuina propa-
Quos ad deserti cõpleda sedilia cœli (go
Cõdidit, elegit, docuit, morienſq; redemit
Exornans propria ſupremus imagine princeps:
Quî fit vt in terram defixo lumine cordis
Tam raro memores ſitis ſuperûmq́;, Deiq́;?
Quum vobis oculos dederit quibus aurea celſi
Aſtra poli erecto poſsitis cernere vultu,
Inclytus ille hominũ factor, telluris, & vndæ:
Scripturas quoq; tradiderit, quib⁹ inclyta facta
Sũt inſcripta patrũ, legeſq́;, & dogmata ſacra:
Acris adhæc iubar ingenij, mẽtemq́; capacem
Numinis, & fidei donarit amabile lumen,
Deniq; non longi cum ſit pro mole laboris
Maxima pollicitus fidis dare præmia ſeruis.
Cur terrena vagis oculis & pectore ſola
Reſpicitis? mundum toto ac mundana ſequẽtes
Affectu? nec raro inſanis noxia valde
Optantes votis, magnoq; ardore parantes.
Horrenda oppreſſas tandem caligine mẽtes
Lucis ad autorem & vitæ, regnumq́; ſupernũ
Tollite.

Tollite, vt hinc vestræ quæ nobilitatis origo,
Quantaq; sit generis (mirum) excellentia nostri
Discere possitis, memoresq; reuoluere crebro:
Pellite degeneres, sanctiusq; assuescite curis,
Labiliumq; vagos per inania somnia rerum
Ad cordis reuocare sinum contendite sensus,
Vt defæcata possitis mente videre
Indignum quàm sit, miserabile, turpe, nefandum,
Æterni hæredem regni, natamq; supremi
Principis, ad magni speciem quæ facta Tonantis,
Stercore fœdari ac cœno, mergiq; cloacis
Constrictas vsq; ad fauces & squallida labra,
Maximus asseruit proprio quam sanguine pastor,
Instituitq; rudem, morienq; à morte redemit.
Cum vester sit enim factor, sponsusq;, Deusq;
Optimus ille gregis custos, dominusq; pusilli:
Qui vos ad summi proucxit culmen honoris,
Signari faciens teneram sacro vnguine frontem:
Quid magis absurdum, damnabile & execrandũ,
Quàm quod præ reliquis talem dominũq; patrẽq;
Mentibus intrepidis offendant sæpius illi,
Plura quibus toties non parui ostendit amoris
Casibus in varijs & longe maxima signa?
Nec leue nec modicum scelus est crimẽq; profecto,
Vilibus à seruis ingratiq; ista rependi
Tam bene de nobis merito plastæq; Deoque:

Sed grauibus dignum flagris & verbere multro,
Quodque(nec immerito)diuini sæpius iram
Excitat aduersus populos & regna furoris:
Quàm grauiter dãnanda proin,deflẽdáq; crebris
Est lachrymis nostræ ætatis corrupta propago:
Quæ viuum periura Deum liuore,rapinis,
Ambitione,gula,fastu,ebrietate,dolísq;,
Dissidijs,luxu,variæq; libidinis æstu
Non raro grauius vehementem accendit ad iră
Quã Turcæ,Mauri,Nomades,Verpiq; Scythæq;,
Non est vlla quibus vitæ spes certa futuræ.
Assuescat vigili, precor, hæc expendere curæ
Et studio secum versare subinde fideli,
Purgatum quisquis primæua à labe sacrati
Se fontis cognoscit aquis in sanguine Christi:
Vniusque Dei cultu exteriore minister
Syncere Dominum cœli se credit amare:
Signatã recolens sibi chrismatis vnguine frontẽ
In sacra iuraret summi dum fœdera regis:
Expendat,dico,ac studiosa mente reuoluat
Indignum quàm sit seruo Christique,patrisque,
Quamq; execrandũ, & quali dignum scelus ira,
Numinis excusso placidi imperióq;,iugóq;,
Transfugere ad nostri truculẽtum semimis hostẽ:
Degeneri(inquam) animo contemnere mitis Iesu
Consilia & leges:carnisq; pudenda misellæ

Furta

Furta, voluptatesq; olidas, obscœnaq; vota
Sectari, ac tumido parére truciq; leoni:
Deserere immẽsa semper pietate fluentem,
Et petere atroci semper feritate proteruum:
Se totum obsequijs damnati tradere scurræ,
Nec cupere aut niti summo inseruire monarchæ:
Suaue iugum fascemq; leuem non velle subire
Pacifici ac mitis Domini, patrisq; benigni,
Et crudelis hæri patienter vincula ferre
Libera constrictum seruili colla cathena.
Ovtinã hæc crebrò nebuloso in pectore voluãt,
Quos spurca immersos lutulentæ corda paludi,
Cypridis insanæ sic vrit torrida febris,
Nequicquàm vt sese vitali pane relicto
Glandibus & siliquis porcorũ explere laborent:
Fercula nec quærant animo gratissima sano:
Flaminis influxus sacri, monitusq; salubres,
Internæq; epulas dulcedinis atq; quietis,
Quæ solæ possunt extinguere cordis auari
Ardentẽque sitim & semper crescentia vota:
Insignis certè stupor ac miserabilis error,
Quo tamen oppressi bona pars vinctiq; tenemur,
Viscosis capti illecebris, rebusq; secundis.
Nos verò ĩprimis decet ista reuoluere crebrò,
Quos & rasus apex, & ad imos pendula talos
Communi à populo secernit vestis, & ornat:

Quorum cum fidei & fidæ sint omnia curæ
Credita siderei mysteria & orgia regis,
Mundiciaq; proin sit opus maiore nitere
Tanquam selectos peragenda ad sacra ministros:
Heu, male purgati toties properamus ad aras,
Non respondentes titulo vestíque decoræ:
Pars etenim cum sit, cum sors & portio nostra
Christus, inexhaustæ placidum dulcedinis æquor,
Nos illi totos mi rebusq; sacratis
Despectis mundi foret æquum addicere fumis:
Vt quos ipse sacro sibi fecerit vnguine Christos,
Magnificos vt erat quondam mos vngere reges.
Si verè ergo libet, quod passim dicimur, esse,
Nempe sacerdotes (quod summi nomen honoris)
Si mystas, si sal terræ, si lumina mundi,
Vertamus tandem mentes ab amore nefando,
Vndiq; polluti numeroso crimine secli
Ad spretum vitæ authorem placidumq; parentē.
Nobiscum ne sic aliquando expostulet acri
Iratus vultu: me deseruêre perennem
Viuifici fontem laticis, solidæque salutis:
Et sibi confractas stolidi fodêre lacunas
Quæ seruare negant vitrearum nectar aquarū,
Nequicquàm in vanis rebus fluxisque quietem,
Quærentes multo plenam stabilemque labore.
Cum mundo quidnam, nobis est quæso, negoci?

Qui

Qui nos Vt Christi famulos, eiusq; dicatos
Perpetuo obsequio non possumus ignorare:
Sic decet hoc ipsum claris ostendere factis:
Quid stabuli in vilis fœtenti quærimus antro
Tot dignum curis ac solicitudine tanta?
Vel quid amicitia istius vanissima sæcli
Est potis ad veram nobis conferre salutem?
Quo nos Vsque (precor) mundi seducet imago
Comparat arenti quem vatum cœtus eremo?
Exilium miseris cur nondum displicet istud?
Quod bene signatur deserti nomine tristis:
Tum quòd rara ferat pietatis germina veræ,
Tum quòd mortiferis exundet vbiq; venenis,
Hoc est, omne genus vitijs, turmísq; sathanum
Quorũ ingens cuneus terráque mariq; vagatur:
Hei, quem deserti non occupet istius horror?
Despiciens præ se reliquos præfractius omnes
Sæuit vbi tumido ventosa superbia fastu,
Quæ supra reditus & opes redimita, niténsque
Argento, gemmis, auro, vult sola videri
Laudaríque, ornans Serum se vellere & ostro:
Lasciuítque metu abiecto, positóq; rubore
Contemptrix legum Venus, effrenísque Cupido
Nil intentatum quantúmuis turpe relinquens:
Deniq; sceptra tenent vbi fœnus, furta, rapinæ,
Insidiæ, cædes, periuria, bella, tumultus,

Quorum cum fidei & fidæ ſint omnia curæ
Credita ſiderei myſteria & orgia regis,
Mundiciaq; proin ſit opus maiore nitere
Tanquam ſelectos peragenda ad ſacra miniſtros:
Heu, male purgati toties properamus ad aras,
Non reſpondentes titulo veſtíque decoræ:
Pars etenim cum ſit, cum ſors & portio noſtra
Chriſtus, inexhauſtæ placidum dulcedinis æquor,
Nos illi totos vni rebuſq; ſacratis
Deſpectis mundi foret æquum addicere fumis:
Vt quos ipſe ſacro ſibi fecerit vnguine Chriſtos,
Magnificos vt erat quondam mos vngere reges.
Si verè ergo libet, quod paſſim dicimur, eſſe,
Nempe ſacerdotes (quod ſummi nomen honoris)
Si myſtas, ſi ſal terræ, ſi lumina mundi,
Vertamus tandem mentes ab amore nefando,
Vndiq; polluti numeroſo crimine ſecli
Ad ſpretum vitæ authorem placidumq; parentẽ.
Nobiſcum ne ſic aliquando expoſtulet acri
Iratus vultu: me deſeruêre perennem
Viuifici fontem laticis, ſolidæque ſalutis:
Et ſibi confractas ſtolidi fodêre lacunas
Quæ ſeruare negant vitrearum nectar aquarũ,
Nequicquàm in vanis rebus fluxiſque quietem,
Quærentes multo plenam ſtabilemque labore.
Cum mundo quidnam, nobis eſt quæſo, negoci?

Qui

Digitized by Google

Qui nos Vt Christi famulos, eiusq; dicatos
Perpetuo obsequio non possumus ignorare:
Sic decet hoc ipsum claris ostendere factis:
Quid stabuli in vilis fœtenti quærimus antro
Tot dignum curis ac solicitudine tanta?
Vel quid amicitia istius vanissima sæcli
Est potis ad veram nobis conferre salutem?
Quo nos Vsque (precor) mundi seducet imago
Comparat arenti quem Vatum cœtus eremo?
Exilium miseris cur nondum displicet istud?
Quod bene signatur deserti nomine tristis:
Tum quòd rara ferat pietatis germina veræ,
Tum quòd mortiferis exundet Vbiq; venenis,
Hoc est, omne genus vitijs, turmísq; sathanum
Quorũ ingens cuneus terráque maríq; vagatur:
Hei, quem deserti non occupet istius horror?
Despiciens præ se reliquos præfractius omnes
Sæuit Vbi tumido ventosa superbia fastu,
Quæ supra reditus & opes redimita, nitensque
Argento, gemmis, auro, Vult sola videri
Laudaríque, ornans Serum se vellere & ostro:
Lasciuítque metu abiecto, positóq; rubore
Contemptrix legum Venus, effrenisque Cupido
Nil intentatum quantúmuis turpe relinquens:
Deniq; sceptra tenent Vbi fœnus, furta, rapinæ,
Insidiæ, cædes, periuria, bella, tumultus,

Vis, furor, ambitio, temulentia, ſtupra, doliq́ue,
Conſimilesq́ue aliæ peſtes, fnriæq́ue luésque,
Quæ iugi infeſtant miſeros, lacerántque duello.
Cur nos ſponte feris laniandos tradimus iſtis
Tractantes olidi lutulenta negocia ſæcli?
Quorum tam multos contagia peſsima lædunt:
Cum nulli liceat mundi ſe inuoluere curis
Qui ſummi miles vult numinis eſſe fidelis:
Indignum eſt etenim ſtudijs flagrare profanis
Corda dicata Deo, facibusq́ue libidinis vri,
Ambitionis, auariciæ, liuoris & iræ,
Quæ paſsim in mũdi peſtes graſſantur amicos:
Si quoduis horrere nefas & crimina, tanquam
Aſpidis & ſepis morſum & lætale venenum,
Pertinet ad ſeruos Chriſti populariter ómnes:
Longius hauddubiè ſecerni & prorſus abeſſe
Preſbyteros æquũ eſt monachóſq; à ſordibus iſtis:
Quo gradus eſt etenim ſublimior ordine in omni
Hoc etiam vitæ exigitur perfectio maior:
Verſantes igitur veſtri admirabile culmen
Ordinis, electi myſtæ gens ſancta cauete
Turpiter in vilem mundi vos mergere limum,
Indignum ne quid vobis & numine agatis:
Nimirum cum vos â lux & gloria templi,
Sacrifici illuſtres, regum rex ille, beatis
Spiritibus quóq; maiores, ſuper omnia terræ

Culmina

Digitized by Google

Culmina mundanoſq; apices, & regia ſceptra
Euectos pluſquàm angelico decorárit honore:
Quantumcunque iſtis odio oblu&ctetur iniquo
Hæreſis, allatrans diuinos impia myſtas.
At ſi laſciuæ mentem petulantia carnis,
Quæque nequit picto longum ſubſiſtere vultu
Mobilis & fallax mundi florentis imago
Sic prorſus rapuit, vota ad meliora redire
Vt nec tam celſi moueat vos culmen honoris
(In terris cui nulla poteſt ſe æquare poteſtas)
Nec placidi bonitas & magnificentia patris:
Eximio ſaltem cum rege ſacroque propheta
Antiquos in mente dies verſate frequenter,
Aeternósque ſimul poſt finem temporis annos:
Pleniùs vt fucos diſcatis ſpernere mundi
Et dare quærendis præceps virtutibus æuum:
Aetates etenim veterum, & longiſſima vitæ
Tempora (quos plerũq; nouem poſt ſæcla peracta
Mors fera vix tandem ſternebat cuſpide ſera)
Oſtendunt liquidò, nihil hic ſubſiſtere poſſe,
Cornicum licet ac ceruorum ſæcula vincat:
Communémq; ad humum mortalia cũcta redire
Labilis inſtar aquæ fluuiíque ruentis ad ima:
Nec quicquàm prodeſſe homini (quantũlibet iſto
Magnus in exilio fuerit, ſapiénſque, poténſque,
Do&ctus, honoratus, fœlix, opulentus & acer)

Protrahat acceptæ si longa in secula vitæ
Præcipitem cursum: meritis nisi diues opimis
Dignus ad æternã fuerit transire quietem,
Ad patres & auos quando hinc migrabit auorũ,
Exhaustus senio vel vi lãguoris acerbi:
Nec mirum sane, cum mors furibũda mináxque
Mortales properet quosuis prosternere tælo,
Cædibus ampliuagum grassãs impune per orbem:
Et bene pensanti studio ventura profundo
Sœcula, momentum vix esse vel vnius horæ
AEternis collatum annis appareat omne
Mobile quod mundi tempus defluxit ab ortu:
Tã breue & infirmũ est quicquid transire necesse
Serius aut citius, cœlíq; sub axe tenetur.
Heu, quàm dementes, cœcíque proinde fuerũt
Orbis ab exortu, patrum, nostrísque diebus
Innumeri nimio præstricti carnis amore:
Qui bona dum quærunt & amãt præsentia tantũ
Constricti mundi illecebris viscóque tenaci,
Totius amisere boni summam atq; datorem,
Cœlestísque melos non enarrabile regni:
Dúmq; sequi pergunt vanarum somnia rerum
Mortalis vitæ illecebras, terrenáque lucra,
(Quæ vix momento tenuerunt perbreuis horæ)
Sedibus extorres sese fecêre supernis:
Et nunc perpetuum luctu excruciantur acerbo,

Im-

Immersi flammis semper flagrantis Auerni
Quas nulla extinguet, minuet, vel leniet ætas:
Vt docuit magnus quondam satis ille magister
Æterni verbum, mens, & sapientia patris.
Quàm vellent rapidis facti nunc ignibus esca,
Turpiter exactæ quòd toto tempore vitæ
Vixissent duro in luctu & languore frequenti,
Obscuri, sine delitijs, sine diuite gaza
Mendiciq; inopésq; inhonori, & panis egentes:
O quales cuperent nunc vltrò ferre labores,
Caumata, pauperiẽ, morbos, glaciémq; niuémq;
Si vesci possent iterum vitalibus auris:
Ad bona qui toti segnes quondam omnia, acerbi
Ferre nihil poterant, mala nulla subire volentes,
Offensum vt possent tandem placare Tonantem:
Quàm crebros eructarent gemitúsq; precésq;,
Quali singultu suspiria quanta mouerent,
Quàm densis lachrymis & amaris vsq; maderẽt,
Si miseris esset veniæ spes vlla relicta:
Quorum vix vnquam Deus vdos vidit ocellos,
Plorandi vtiliter dũ vberrima tempora haberẽt
Ad risum toti effusi, stolidósq; cachinnos:
Quàm larga nũmos demũ & patrimonia dextra
Diuiderent viduis, cœcis, & carcere clausis,
Languentúmq; gregi, claudis, lepraq; peresis:
Quàm nihili facerent argenti pondera & auri,

Quos

Quos sua largiri non permittebat egenis
Nummi cœcus amor: sed multiplicare subinde
Aggestas cogebat opes violentus anhelæ
Gurges auariciæ nullo satiabilis auro:
At frustra nunc exoptent hæc omnia, frustra
Accumulẽt lachrymas, gemitus, lamẽta, precesq;
Cum resipiscendi iam tempora nulla supersint,
In quibus errorem fassis admissa remittat
Maximus ille hominũ diuorumq; optimus autor.
O quas & quales facili exiguoq; labore
Viuentes poterant pœnarum euadere moles,
Soliciti toto si corde subinde fuissent
Quattuor exacte versare nouissima secum:
Nimirum sæuæ tælum immedicabile mortis
Effugere haud vlla quam fas est arte vel armis,
Vt cuius rapidæ subiecerit omnia falci
Quæ peritura Deus Phœbes sub sydere clausit:
Horrendum hinc Christi, nec declinabile cuiquã
Iudicium, cuius nos omnes ante tribunal
Toti conspicuos mundo apparere necesse est,
Expendet rigida cùm quosuis lance reatus:
Rodentem quoque perpetuo corda impia vermẽ
Sæuũ, immortalem, immanẽ, flammasq; voraces,
Quas nulla extinguet (quis non exhorreat) ætas:
Cæteraq; horribilis nunquã minuenda gehennæ
Supplicia æterno sontes ustura dolore.

Cæ-

Cœlestis demum patriæ ditissima regna,
Hìc vbi odoratos multo de nectare succos
Atq; hilares semper vero ex nepente liquores
Gurgite inexhausto fundit bonitatis abyssus.
Nulla sed ignauas, heu, solicitudo tenebat
Aut perquam tenuis certè, ac rarissima mentes,
Restantas studio meditari animoq; fideli,
Circa quas nostræ versatur cardo salutis:
Imò (quod & flãma grauiori & verbere dignũ)
Id genus vtilibus cœci stolidiq; petulcæ
Carnis amatores, ceu tristibus atq; molestis.
Dedere se toto fugiebant pectore curis:
Vt quos non aliud raperet, vereq; iuuaret,
Quam fallax mundi species & fœda voluptas,
In quo flagrabant multos florere per annos,
Quærentes frustra in fluxis requiescere rebus:
Ad quas immodico dum cordis amore feruntur
Carnis delicias & sordida vota sequentes,
Turpiter elabi sibi plurima & optima vitæ
Tempora sunt passi nullum reditura per æuum:
Nil solidæ interea sibi frugis opumq; parantes
Grandia quo sensim dispungere debita possent
Quæ toto exactæ conflarant tempore vitæ:
Iure proin vastum mersi Phlegethontis in ignem
Iugiter immensos coguntur ferre dolores,
Omnia torquendi rapidis per sæcula flammis

Qui

Qui non ante fidem ſanctis adhibere prophetis
Aeterniq́ue minis ſtuduerunt regis inertes,
Horrida præcipites quàm ſunt in Tartara miſſi:
Excluſi meritò cœleſtis ab arce palati
Cuius amœna ſibi clauſerunt limina vallo
Multiplicis culpæ & numeroſis vectibus olim:
Adfixi rebus tam cœco ardore caducis
Vt perquàm rarò memores ſuperûmq; Deiq́;
Perpetuò expeterent, & ſolicitudine anhela
Verſarent animo bona momentanea tantum,
Pro nihilo cœli ducentes florida regna.

LAMENTATIO
ſpiritus damnati.

FIxius hanc auido qui reſpicis ore figuram,
Reſiſte, paucis conuenire te volo:
Conſpicis immerſam crepitãtibus vndiq; flammis
Animam voraci mancipatam incendio,
Quã vinctã & grauiter tortã diſcerpere certã
Rabido furore dæmones teterrimi:
Scilicet iſta hominis damnati triſtis imago eſt,
Craſſam per vmbram cuius horror hîc patet:
Hoc eſt, quàm grauiter Stygio crucietur in igne,
Vt ipſe vobis indicabo pleniùs.
Quis fuerim Lector, quóve olim nomine dictus,
Non eſt neceſſe ſcire te vel quærere.

Tu

Tu tantũ id cura (niſi planè es cœcus & excors)
Ne tale quiddam aliquando contingat tibi.
Exercere truces, heu, qualia conſpicis in me
Iſtos dracones, horridósque dæmonas:
Si tamen hoc vnum geſtis cognoſcere, quare
Sim ſempiternis deputatus ignibus,
Arrige purgatas aures, aperi oſtia cordis,
Audi quid iſtic adferam mœrens tibi:
Vnde ſed accipiam tanto ſatis apta dolori
Noſtríſque digna verba calamitatibus?
Heu me, quid primum flebo? quó ve ordine perga?
Plorare vel quid proderit miſerrimo?
Ah, fruſtrà aggredior funeſtam plangere ſortẽ,
Non poſſit vllis cùm leuari fletibus.
Væ mihi, flammiuomæ quis reſponſura gehennæ
Lamenta pœnis tot grauato ſuggeret?
Si liceat cœlum & terras clamore replerem
Frendens, tremẽnsque, mugiens, & eiulans:
Sed vetat hoc magnus cœli terræq; monarcha,
Exire captum non ſinens de carcere,
Carcere, perpetuo qui luctu, horrore, tenebris,
Malísque plenus, mille pœnis perſtrepit:
Eheu, quàm ſubitò res & ſpes concidit omnis,
Mutata quantum (prô dolor) ſors priſtina:
Olim dives eram, mundano clarus honore,
Voluptuoſus, delicatus, inſolens,

Corda

Digitized by Google

Corde ferox, aĩo tumidus, mente improbus, omnis
Pietate nudus, plurimis noxis scatens:
Quales ampla solent fortunæ reddere dona,
Magnæq; nullis partæ opes sudoribus,
Quæq; iuuentutem penitus corrumpit agendi
Quicquid libido suaserit licentia.
Nũc tetri vermes olidum absumpsêre cadauer,
Stygijs voratur à colubris spiritus:
Atq; hoc maiori luctu pœnisq; redundo
Pridem videbar quo mihi fœlicior.
Quàm miserè imposuit stolido inconsulta iuuẽtus
Dum larga vitæ pollicetur tempora,
Ante virum quando canosq; proterua senectus
Ætatis ipso in flore mors me perdidit:
Quæ securum animo, nec quicquã triste timentẽ
Terris coëgit imparatum excedere.
Sicut adhuc multis vasto contingit in orbe,
Quos illa acerba falce stratos mox necat.
Multa quidem norâm, mentisque salubria valdè,
Sed vnde fructus carpo prorsus iam nihil:
Vt qui vix aliquid quod commendabile scîbam
Præstare factis seriò contenderim:
Imò conduplicat mihi magna scientia pœnas,
Tam multa noscens pessimè quòd vixerim:
Sordida corrupti sensus, heu, vota sequutus,
Vanisque pompis fascinatus sæculi,

Maxi-

Maxima namq; fuit mihi carnis & vnica cura,
Deusque cœco venter atque mammona:
Synceros hinc cultores pietatis auitæ
Vafros putabam & asserebam hypocritas:
Irridensque pios biberem cùm dulcia vina
Curabam vt essent risus atque fabula:
Scilicet illecebras carnis, mundúmque sequenti
Inuisa virtus est, & eius assecla:
At similis mecum quos nox scabies q; tenebat,
Mihi vel studebant blanda peruerso loqui
Conuiuæ stulto congerronésq; placebant,
Vtique solis his iuuabat & frui:
Vt mihi qui vanis mulcerent laudibus aures
Vbiq; sueti frigidam suffundere.
Scilicet hi mores summatim & vita placebat
Contaminato plurima libidine,
Nunc pingui somno, ludísq; epulísq; vacare,
Voluptuose viuere, ac genialiter,
Omne genus nugas infreni ardore vorare
Ac fabulosis immorari somnijs,
Lasciuis gaudere elegis, salibúsque, iocísq;
Et comicorum lubricis facetijs:
Nunc totum nummis, auro, argentoq; parando
Honoribúsq; mente cœca incumbere:
Mirari tantum præsentia, quærere fluxa,
Nihilque amare quàm caduca ac terrea:

Ne-

Neglectis spretisque alijs mihi plaudere soli,
Sua inuidere cæteris compendia:
Sic autem affecto ius despiebat & æquum,
Tempúsque vanis dissipabam ineptijs:
Corruptæ saniem mentis, vomicásque latentes
Verbis subinde proferens scurrilibus,
Pruritum & scabiem lasciui prodere cordis
Loquacitate nil verebar improba:
Obscœnis maculans hominum sermonibus aures,
Et ore quiduis pestilenti effutiens,
Non habita ratione loci vel temporis vlla,
Senij, iuuentæ, pusionum aut virginum.
Longè ea cura aberat, ne quem fortasse pusillum
Vocis petulcæ læderet procacitas.
Præterea tumor & vindictæ dira libido
Tanto proteruum felle cor suffuderant,
Vt simulatque aliquis verbo me offenderat vno,
Leuíque fortè læserat conuicio,
Confestim vlciscì me vi vel fraude pararem,
Factis vel ore talione reddita:
Quod si non poteram, rabida implacabilis ira,
Dira imprecabar vltionis impotens.
Indefessus adhæc vitiorum cultor amabam
Pudenda quæque, praua, iniqua, & impia,
Quæ recta ducunt homines ad compita mortis,
Et hinc ad atræ noctis horrendum chaos:

Nimi-

Nimirum caro me totum mũdusq; regebat,
Dæmónq; mentis fascinârat lumina:
Qui tres mortiferi (sint blandi quàmlibet) hostes
Ad omne crimen impulerunt perditum:
Peccauére manus, oculi, aures, lingua, pedesque
Carnis sequuta bestiales impetus:
Atque adeo reliquos lasciui corporis artus
Mentémque densis inquinaui sordibus
Ex cunctis autem naturæ dotibus, amplas
Quas à benigno conditore acceperam,
Sectabar quæstum, laudem, humanumq; fauorem,
Curamque ventris, sœculique gloriam,
Quæ vanum tanto stringebant pectus amore
Facerent perennis vitæ vt obliuiscier:
Præterea exosos habui quicunque procacem
Veræ salutis admonebant serio,
Ad meliora licet me exhortarentur amicè
Blandisq; frustra prouocarent vocibus,
Fastus enim cordis, mala mens, corruptaq; vita
Me non sinebant veritatem agnoscere:
Collige nunc solers, tecũmq; expende viator
Quales ad ima Tartari ducant viæ,
Quantáq; cogentur miseri tormenta subire
Qui nunc recusant pœnitere serio:
Pœnarum quamuis pars nec millesima plene
Hominum sit vlli vel per vmbram cognita,

Tot funesta malis, tanto furit igne gehenna,
Tam acerba dantur impijs stipendia:
Hoc norint certe qui nũc male viuere pergunt
Grauibus tenebris fascinati pectora,
Virtutumq; pijs studijs se addicere cessant
Eos manere amara mecum præmia,
Quem mors sperantem gelidos attingere canos
Repente strauit, enecauit, perdidit,
Innumerisque grauem vitijs funesta gehennæ
Subire claustra fœta flammis compulit.
Vah, quàm sunt stolidi qui vix sua gaudia portãt
Dum mundus illis multa promittit bona,
Vt spe delusos mendax impostor inani
Æternitatis cogat obliuiscier:
Innumeris etenim maculatos sordibus atræ
Morti vorandos tradit atque Cerbero:
Sic me seduxit, si multos ante fefellit
Sibi larga vitæ pollicentes tempora,
Quos iuuenes, sanos, fortes, lætosq; & àlacres
A se repulsos Diti & Orco prodidit:
Scilicet ista suis gaudet dare præmia seruis
Nisi blandientem fortiter contempserint,
Tradens æterno cruciandos iugiter igni:
(O fraudulentum proditorem & impium)
Ille mihi cordis sic lumina clauserat, ille
Animæ inquinatum sic palatum infecerat,

Vt

Vt vitijs pleno tantum terrena placerent,
Saperetque nugæ, & illecebræ corporis:
Solaque pellacis raperent spectacula sæcli
Carnisque fœda recrearent gaudia:
At quæ de superis, vera pietate, deoque
Fortè audiebam, perpetiq; gloria
Nec delectabant, nec erat propensus ad illa
Desideranda cordis affectus vagi:
Syncæræ nec enim fidei lux viuida cæcæ
Tenebrosa septa mentis illustrauerat:
Sed leuiter tantum scripturæ credulus vni
Fere arbitrabar friuola esse cætera
Quæ prisci sanxere patres, cætuque coacto
Statuit tenenda sancta Christi Ecclesia:
Non tamẽ hãc animi noctem, internasq; tenebras
Audebam apertis indicare vocibus,
Hæreseos ne fermento corruptus haberer,
Atheonque vulgus, impiumque crederet:
Ore proin fidei me cultorem esse fatebar,
Sensu negabam putidisq; moribus:
Quantumuis etenim pius esse aliquando viderer
Audire verba cum piorum cogirer,
Cor tamen immersum mũdo nihil illa iuuabant
Ad sola carnis vota anhelum scilicet:
Propterea infælix æterno cõcremor igni
Qui me perustum nõ potest extinguere:

Quam graue tormentũ, quæ carnificina malorum
Cibum furentis esse perpetim rogi:
Quam raro expendit mundi Væsanus amator
Quantam voluptas ducat ad pœnam breuis:
Eheu, quàm miserè stultum spes vana fefellit
Inebriatum prosperis successibus:
Quo me protraxit vapidæ petulantia carnis
Contaminatum sordibus grauissimis!
Prôdolor, in Stygiæ mersit fornacis abyssum
Inexplicandis inuolutum angustijs:
Instinctus lemurũ sceleratáq; vota sequendo
Sum factus esca sempiternis ignibus,
Quorum perpetuo flammas ardore furentes
Non vlla tollunt mitigánt ve sæcula:
Imò quo miseros cruciarint pluribus annis,
Hoc acriore sæuiunt incendio.
Hei mihi, quã durũ, graue, & intolerabile nobis
Ardere semper ac mori, nec emori:
Humana certè non est effabile lingua
Quantos dolores vnus ipse perferam,
Qui licet exustus funesto hoc iugiter igne
Lustris cremari quindecim non desinam
Non minus affligor flammis, fœtore, tenebris,
Quàm si æstuanti iam gehẽnæ immergerer.
O mors attonitis ingens mortalibus horror
Quoties inisto te inuocamus carcere,

Qui

Qui tot supplicijs, crucibúsq; exundat acerbis
Mens nulla possit hoc vt ipsum credere:
Sed rapido ad vivos quæ proruis improba cursu,
(Quanquàm vocata sæpius) nos semper fugis,
Præsentem conferre malis quæ sola medelam
Posses tam amaris tamque multiplicibus,
Si quantum iuris moribunda in corpora habebas
Tantum obtineres in perennes spiritus:
Sed vetat hoc fieri scelerum iustissimus vltor
Qui nos camino mancipauit perpeti,
In quo non solum grauiter torquemur ab igne,
(Superante quamuis omne tormenti genus)
Sed quicquid cruciare potest & lædere sontes
Tristi repostum est affluenter in lacu:
Præter enim quòd edax, hei, nũquã flãma senescit
Vermisque mentis conscia nequit mori,
Non desunt plures immani in carcere pœnæ
Graues, acerbæ, diræ, inexplicabiles:
Fœtores, tenebræ, rabiesque, sitisque, famésque,
Glacies, procellæ, nix, pruina, grandines,
Verbera, stridores, mala mens, scelerisque peracti
Præsens imago, & perpes obduratio,
Clamores, fremitus, horrenda tonitrua, planctus,
Pauor, eiulatus, liuor & blasphemiæ,
Quæque inter tantos durissima pœna dolores
Veniæ ac salutis amara desperatio,

Sulfureique lacus, fornaces, spicula, vermes,
Colubri, dracones efferæque bestiæ,
Horrendo quæ nos mordent lacerántque furore
Certantq; hiulcis deuorare faucibus:
Denique non leuiter sociorum crimina sontes
Et pœna lædit triste per consortium,
Quos merito exosos nunc execramur, ab ipsis
Spreti vicissim & facti abominabiles.
En quàm multiplici potamur felle doloris
Inebriati poculo irati Dei,
Cuius triste merum turbatum fœcibus atris
Miseris vbiq; exhauriendum apponitur:
Præterea qui nos torquent atrociter hostes
Truces, cruenti, liuidi, implacabiles,
Carnium ros furua vincunt nigredine coruos
Picco atriores vnguine, & carbonibus:
Quorum terribiles laruas, fremitúsque minaces
Tolerare nemo possit ex mortalibus:
Quorũ horrenda graues iaculãtur lumina flãmas
Luctúmq; mortis ingerunt videntibus:
Quorũ dura animus & amara opprobria torquẽt,
Quasi scalpra & ensis dissecarent viscera:
Quorum nulla mouet sæuas miseratio mentes,
Nullusque lassos reddit impios labor,
Quantumcunque diu nos assiduéque fatigent
Tormenta adustis inferentes iugiter:

Inuida

Inuida ſed rabies compellit & ira recentes
Cumulare pœnas ſemper afflicto gregi:
Hei, quàm terribile eſt, oneratum crimine multo
Ruere in ſeueras Vindicis Dei manus:
Nemo profecto queat Verbis effarier Vllis
Vel mente quamuîs acri imaginarier,
Quàm numeroſa malis mala ſint, morteſq; paratæ
Triſtis barathri luctuoſo in carcere:
Quantaq; cogentur miſeri tormenta ſubire
(Nulla ſalutis ſpe relicta reprobis)
Exuti poſtquàm moribundi corporis artus
Erebi furentis in profundum corruent:
Proiecti in terram tenebrarum, & noctis opacæ,
Turbata nullo ſunt Vbi omnia ordine:
In terram æternæ tectam caligine mortis,
Vbi ingis horror, flamma, luctus, & pauor:
In terram, igniuomis hinc & glacialibus inde
Stagnis refertam, fœtidoque ſulfure:
Væ mihi, Væ miſeræ carni, quantumlibet atrum
Multis ab annis ſic redacta in puluerem:
Triſtis enim clangore tubæ compulſa reſurget
Vt igne mecum torreatur perpeti:
Interea tanta pœnarum mole fatigor
Tam dura cogor ferre acerba & horrida,
Deſperans illi Vt maledicam ſæpius horæ
Qua matris aluo reprobandus prodij:

Atq; vtinam in ventos possim nebulásq; redire
Sicut priusquàm nascerer fui nihil.
En tibi quæ patimur, quã tristia & aspera lector
Multísque longè acerbiora partibus
Quàm mea quæ possit vox enarrare, vel vlla
Quantumlibet lingua expedita & eloquens:
Nec grauis ista tamen me solum pœna, miíque
Similes professo criminosos obruit:
Sed grege cum nostro flammis torrentur eisdem
Occulte iniqui hypocritæ quàm plurimi:
Quorum vita foris cùm censeretur honesta,
Nec Christianis discrepans à moribus,
Intus auaritia, fastu, & liuore madebant,
Mille inquinati sordibus coram Deo:
Et qui credebant se syncære esse fideles,
Pioíque sanctæ filios Ecclesiæ
Dum vultus grauitate placent, & crimina celãt,
Culpáque nocte clancularias tegunt
Accensi stimulis, odij, ambitionis, & iræ,
Facibúsque cœcis putidæ libidinis:
Adde quod innumeros Stygis irremeabilis vnda,
Piceíque Lethe claudit in secessibus,
Qui male se quamuis & inique viuere scirent
Atque amlulare criminum per deuia,
Non tamen æterno flammantis ab igne gehennæ
Animæ timebant seriò æci suæ:

Nimi-

Nimirum quia sperantes meliora, putabant
Adhuc sibi fore larga abundè tempora
Ad resipiscendum, & maturo crimina fletu,
Veraq; digne abolenda pœnitudine:
Qua spe delusos Ditis versutia suasit
Hærere suetis tamdiu in piaculis
Præuenti donec funestæ mortis ab hora
Ruerent in æquor ignis, atq; sulfuris.
Horrida adhæc multos exercent Tartara pœnis
Rapidoq; semper igne nobiscum cremant,
Qui superi regis cultu exteriore ministri
Sibi pollicerí regna cœlorum solent,
Plurima quòd populi facerent pro more fidelis,
Christúmq; vere sese amare crederent:
Cum tamen interea diuisi cordis amorem
Rebus caducis traderent plus quàm Deo,
Nitentes frustra dominis seruire duobus
Mundo fugaci ac sempiterno numini.
Nunc rogo te vecors perituræ carnis amator
Quid inter ista cogites? qui plus sapis
Quàm solet indoctum vulgus, relegisq; libenter
Crebróq; sacros bibliorum codices:
Somnia si non vana tibi memorasse videmur,
Sed Christianæ veritati consona,
Diuini verbi quare præconibus aures
Animúq; cessas exhibere credulum?

Cur

Cur sic turbaris quoties te quærit amice
Monere quisquam corde & ore libero?
Cur virtus tam inuisa tibi? cur credere non vis
Tuam salutem sedulo quærentibus?
Mundanis quorsum studijs, nugisq; profanis
Tot florulentos perdis imprudens dies?
Qui magis vtilibus poterant meritisq; parandis
Non absque multa fruge dedicarier.
Nonne vides quàm deformis, miser, horridus astes?
Hoc est, figura quàm tremenda sit mei?
At si perspicue qualis sum cernere posses
Nimio pauore totus obrigesceres:
Scilicet huc lapsus me perduxere frequentes
Scelerumque tandem sarcina importabilis,
Vt me namo queat sine grandi horrore metúque
Videre, cunctis factum abominabilem:
Porro vt te cautum reddat damnatio nostra
Nunc disce paucis quo ordine huc descenderim:
Dum sequor exosi Christo contagia mundi,
Seruire cœcæ pergo dum libidini,
Viuentis iustiq; Dei temerarius iram
Dum prouocare iugiter non desino,
Dum Christum mihi sic mitem propono piumque
Quasi iusti & æqui prorsus immemor foret:
Iudicij oblitus gemitu dum spero vel vno
In mortis hora posse gratiam assequi,

Deni-

Digitized by Google

Deniq; dum vitijs secure indormio totus
Per lata mortis libere errans compita,
Transfixus subito lætalis cuspide morbi
Exasperati corrui in manus Dei:
Infœlix igitur quid stertis homũcio? quare
Tot amica perdis otiosus tempora?
Tempora damnatis nullo reuocanda labore
Dolore, votis, fletibus, suspirijs:
Cur tam rara premit scelerum te cura tuorum?
Quid flere cessas, eiulare & plangere?
Ecquid adhuc differs carnem frenare petulcam?
Cur macerare vile corpus negligis?
Spiritus vt saluus fiat, reparetq; decorem
Quem multiformi perdidit cantagio:
Tollere quin vigili studio, curâque fideli
Sordes laboras mentis atque corporis?
Dum te longanimis Domini patientia portat
Parata semper pœnitenti ignoscere.
Si sapis à somno totus consurge priusquam
Æterna luctus occupẽt te sœcula:
Surge (inquam) à somno soliti torporis, inertem
Abigens veternum languidi algoris procul:
Ne tunc incipias frustra resipiscere velle
Meliora votis irritis desiderans.
Anxia cum stringent trepidæ penetralia mentis
Hinc mortis horror, inde vultus dæmonum:

In

In quæ perpetui ne ſumma pericula luctus
Tua te repente pertrahat vecordia
Hæc ſaltem extremum teſtantia verba dolorem
Animi reconde in intimi præcordia:
Nulla pati fugerē mala, plagas, probra, cruces q̄,
Et quicquid vllus paſſus eſt vnquā latro,
Imò libens ferrem mala iugiter omnia ſolus
Quæcunq; ſancti pertulēre martyres,
Idque vel ad mundi ſummā iſtius vſq; ruinam
Nouiſsimæq; murmur horrendum tubæ:
Si ſpes vlla foret quòd ab Orco emergere poſſem
Vel mille tandem poſt peracta ſecula:
Sero ſed æterni plango tormenta doloris
Me iuſta poſtquam perdidit ſententia:

EXHORTATIO AD expendendum 4. nouiſsima.

NObile plaſma Dei quo nō præſtantius vllum
Sub axe cœli finxit autor omnium,
Æterni ſoboles, generoſaq; filia patris
Mens Chriſtiana, ſponſa regis gloriæ,
Vnde fit vt fragili dum carnis mole grauaris
Subiecta mille lachrymoſis caſibus,
Tam raro tollas oculos ad ſydera, & illum
Cui paret vni tota mundi fabrica?

Facto

Pectoríque ingrata tuo, propríjq; decoris
Oblita demens, ac perennis gloriæ,
Non magis affectes moribũda relinquere mẽbra
(Onerosa quæ sunt sarcina omnibus pijs)
In cœlum vt citius possis penetrare, supremum
Visura patrem, conditorem, præmium:
Marcida tandem aperi sopiti lumina cordis
Vt intueri plenius sensim queas,
In quod te properes mare præcipitare malorum
Dum conditoris optimi obliuiscaris:
Grande profecto nefas, nec paruo digna stupore
Ingratitudo, pectorisq; cœcitas:
Tam mitis domini immemorẽ, placidíq; parentis
Se malle rebus occupare friuolis:
Terrenisque animum sic vltro immergere curis
Speciosa cœli vt negligat palatia:
Quàm male respondes Christi vanissima donis
Tam rarò anhelans ad supernam patriam:
Cuius inexhaustam si pacem & munera nosses
Facile caduca quæque floccipenderes:
Fluxa nec ambires fallacis commoda mundi
Spernens honores, dignitates, prædia,
Delicias, fasces, titulos, laudesq; superbas,
Blandosque amores, fumeamq; gloriam:
Hanc vnam assiduè flagranti corde sitires,
Nihil esse quamuis magna ducens omnia

Quæ

Quæ quouis tandem casu peritura fatiscunt,
Vel subtrahuntur, deseruntque mortuos:
Nunc vero ad tanti momenti præmia langues
Amore carnis fascinata & sæculi:
Cæca quòd ignores, curisq; addicta profanis
Conata non sis experirier hactenus
Quos animo stimulos, quæ mundo incendia cordi
Spes Christiana spiritusq; suggerant:
Illius æterni dum mens syncera reuoluit,
Sit quanta regni lux, quies, iucunditas,
Ardenter cupiens incessanterq; laborans
Se reddere aptam tam beatis sedibus.
At si degenerem tantorum nulla bonorum
Cupido tangit, nec moueris præmijs,
Horrida cur tristis saltem tormenta gehennæ
Tot inquinatam sordibus non territant?
Quæ tibi si carnis pulsa caligine raptim
Oculo liceret spiritali cernere,
Quantaq; funesto sontes in carcere moles
Premat malorum perpetimq; torqueat,
Protinus omne nefas detestareris amatum
Motusq; carnis putidæ retunderes.
Quæque Deum contra totius tempore vitæ
Mala perpetrasti sedulo deplangeres,
Fixius expendens tecum, quàm multa flagellis
Flammisq; digna sempiternis egeris:

Cre-

Digitized by Google

Crebra(inquam)traheres ſuſpiria cordis ab imò
Vdas amaris lachrymis rigans genas.
Tã numeroſa eteñ gregis hinc ſunt gaudia ſancti
Atque inde vulgus reprobum tot fert mala,
Alterutrum vt nemo poſsit quantumlibet acer
Vel mente conſequi, vel ore proloqui,
Donec ab infirmæ mens pondere libera carnis
Videat aperte quæ iubetur credere.
Eheu, quàm ſtolidi vulgò ſumus atq; futuræ
Mercedis, æui, ſæculiq́ue neſcij,
Quàmq; ea cura nihil quãuis ſanctiſsima, noſtras
Plærumq; mentes tangit, aut certè parum:
Quàm paucos terrent charorum funera, quàmq;
Nos raro eorum pro ſalute affligimur.
Poſtquam terra ſinu defuncti membra recepit
Quis nouit, ecquo ſpiritus migrauerit?
Gaudeat æternum, Stygióue cremetur ab igni
Fit à propinquis rara fermè mentio:
Veſte quidẽ luctũ ſimulant, ſed pectore anhelant
Ad occupandam mortui ſubſtantiam.
Et dum quiſque ſibi maiores poſcit aceruos
Lites amici ſuſcitant & ſcandala,
Priſtina amicitiæ calcantes fœdera, & omne
Ius æquitatis ac neceſsitudinis.
Nec raro in plures lis friuola tenditur annos
Dum hæreditatem credula ſpe deuorant.

Sor-

Sordida auaricies vt testamenta resignet,
Quàm sæpe atroces excitat tragœdias:
Quid non molitur per fas rabiosa nefasque?
Secura quantum mortuo obsit interim,
Quem grauiter torquet, permittens ingiter vri,
Legata egenis dum moratur reddere,
Debita nec curat defuncti soluere amici
Alieno abutens ære ad vsus proprios:
Quantumuis mentem fidis signasse tabellis
Videaris omnem luculenter & probè,
Non deerũt fortasse aliquot qui cuncta reuellent
Fucis, strophisq;, fraude, vi, calumnijs,
Qui nodum in scirpo quærent, & lucra sequentes
In ius vocare & ambulare gestient,
Vt varijs freti technis praxique dolosa
Sibi cuncta tollant, & repellant cæteros:
I nunc, & fragili demens innitere culmo
Ab eis fidelem & strennuam expectans opem
Quorum te forsan nullus dignabitur vno
Iuuare sacro vel duobus mortuum:
Falleris, affines sperans & carne propinquos
Fideliores cæteris tibi fore:
Rem plærumque suam quærunt augere, suisque
Student auari commodis potissimum:
Nimirum propter lucra & compendia sueti
Homines amare, ditibusque applaudere.

At si forte pios fratres fidósve sodales
Post fata nactus cœlitum sis munere,
Qui quantum possint studeant prodesse sepulto,
Quod surget inde perdito solatium?
Quantumuis grandi luxu pompaq; cadauer
Humi recondāt auro opertum & serico,
Magnificasq; parent epulas in funere multis,
Bene qui precētur manibus raptim tuis,
Ac te collaudent donec conuiuia durant,
Nil sumptus ille mortuo omnis proderit,
Lugentúmve graues vultus & flebilis ordo,
Facesq; pictæ, signa, equi, arma, præficæ:
Nil bombi tristes & murmura campanarum
Pullæq; vestes, stemmatisq; insignia,
Quosq; adhibēt proceres magnatū in funere fnmi
Variusq; splendor apparatus lugubris,
His licet ambitio ventosæ nobilitatis
Sit instruendis occupata plurimum:
Nil (inquam) hæc placidi solaminis omnia merso
Flagrantis Orci in infimum lacum adferent:
Imò nec argenti misero vis maxima & auri
Profusa in vsus pauperum tunc proderit,
Tradita si fuerit pœnis acherontis acerbi
Rogo cremanda perpeti mens reproba:
Hei quàm terribile est, quā lamentabile, & omni
Dignum tremore, fletu, amaritudine

Sulphuris immergi ſtagno, rapidæq; paludi
Inexplicandis æſtuanti incendijs:
Quo tamẽ acceleras hominũ pars maxima currit,
Nec infrequentes Chriſtiani proruunt,
Qui vacuo fidei & Chriſti ſibi nomine plaudunt,
Vtrumq; factis impijs ſed abnegant.
Verum quàm graue nũc tanti meminiſſe pericli,
His qui caducas ſæculi ſpes diligunt,
Incolumésq; & honorati bona plurima, multa
Cum pace læti gloriáq; poſſident:
Quàm malè perſuadere poteſt ſibi cœcus amator
Mundi atque carnis purulentæ & improbæ
Id genus eſſe epulas poſt triſtia fata paratas
Stultis Iacchi Cypridiſq; amaſijs:
Scire tamen ſtolidos ac ſœcum voluere crebrò
Planè expediret, firmitérq; credere,
Quòd longe grauior ſupremi erit hora duelli
Et acriores irruent angustiæ,
Mors fera cùm ſubitò violenta cuſpide ſternet,
Nihil timentes triſte, acerbum, peſtilens.
Eheu quàm dura trepidæ formidine mentes
Quantiſq; tælis opprimuntur hoſtium,
Obrutus innumero dum crimine ſpiritus ater
Corpus ſceleſtum cogitur relinquere,
Nec reſipiſcendi iam tempora grata ſuperſunt
Clauſa ſalutis gratiæq; ianua.

Ab

Ah ſecura nimis, mortísq; oblita propinquæ
Supina, cœca, & infidelis natio
Quid facies? quo te verteſ? quid flere iuuabit
Dum ſtabis ante iudicem iuſtiſſimum?
Sordida, vilis, olens quid reſpondere parabis?
Poterís ve Chriſto operta tot piaculis?
Si vetitis olidæ carnis iam dedita curis
Seruire amico non laboras numini.
Quid tibi tunc villæ & cum latis prædia fundis,
Grandésq; acerui proderunt numiſmatum?
Quid largi reditus? quid ſplẽdida menſa domusq;?
Quid te iuuabit hoſpes omnis gloria?
Et mundanus honor cõgeſtáq; humi vel in arca
Eruginoſæ magna vis pecuniæ?
Si tua largiri iam non contendis egenis
Pius, benignus, hoſpitalis, ſobrius
Diſpenſator opum donec potes eſſe tuarum,
Miſerisq; donas quæ ſuperfluunt tibi:
Nã tua poſt mortẽ non ſunt, quæ quâmlibet optes
Moriens tenere cogeris relinquere:
Quis pro conuicto tunc intercedet amicus
Veniam ſeuero poſtulans à iudice?
Ni trepido nudóq; tibi dignetur adeſſe
Pannoſa turba languidorum & pauperum,
Quæ tibi conetur placatum reddere Chriſtum
Grauiter ad iram prouocatum ſæpius:

Digitized by Google

Talibus auxilijs modo tunc mereare iuuari
In charitate gratiàque hinc transiens:
Et tua vulgo inopum vultúq; animóq; serena
viuus, valensq; alacriter dispersseris:
Nam quid præclari moriens designat auarus,
Si legat illa ferre quæ secum nequit?
Fallitur insipiens, animæ si credit amicos
Fore amantiores, ipse qnàm fuit, suæ:
Qui sibi cœlorum cum posset regna parare
Pios in vsus dando largiter sua,
Degeneri, abiectoq; animo sterilisq;, tenaxq;
Prope nil cæteruis pauperum diuiserit:
Terreni tibi cura proin dum credita census,
Et herilis erogator es pecuniæ,
Vt dispensator domini inueniare fidelis
Illius egena hinc mẽbra sedulo foue:
Hoc est, in laceras inopum dispergere turbas
Larga memento dextera quæ possides:
Vt tibi de æthærei fidos modo regis amicos
Parare possis mobili peculio,
Qui maiestatem diuinam sæpe precentur
Vt ampliorem viuo adhuc det gratiam,
Qua possis veteres semper mage noscere lapsus
Plenéq; confiteri & execrarier:
Defunctique animam leuiori puniat igne,
Breuibusq; pœnis expiatam ad se vocet:

Nam

Digitized by Google

Nam qua commodius poteris ratione, viáq;
Lenire ſummi regis iram vindicem,
Quàm ſi continua foueas pietate miſellos?
In te viciſsim ſit benignus vt Deus:
Equis enim illius ſupplex cadet ante tribunal
Vt vltionis acerbitatem mitiget?
Si tales tibi patronos hac arte parare
Nunc ex iniquo mammona neglexeris:
Qui modo tutantur nos contra dæmonis iras
Tunc approbabunt angeli ſententiam
Qua vindex dominus ſontes in Tartara mittet,
Merito cremandos ſempiternis ignibus,
Vt nunquã careant digna vllo tempore pœna,
Quæ crimino ſis mentibus reſpondeat,
Qui vario nunquã caruerunt crimine viui:
Nulli negare reprobo quod fas erit:
Nimirum ſua mens damnabit quemq;, reamq;
Prodent iniqua facta conſcientiam:
Nec parcet cuiquã, vel conniuendo tacebit
Iudex ſeuerus, quem latere nil poteſt:
Omnis adhæc magni ſurget factura tonantis
Pœnas vt acres à ſcelcſtis exigat
Animium velut ingratis poſt maxima dona,
Iniuriamq; conditoris vindicet:
Terrores demum incutient variosq; grauesq;
Furore tanto dæmones teterrimi,

Vt tot fracta malis, validoque pauore fatiscens
Anima ægra grandi præ dolore insaniat:
Hei, quæ pœnarum moles, qualésque procellæ
Angustiarum noxiam tunc obruent,
Quando inuisa Deo, superis odiosa, pijsq;,
Cadet in profundum Tartari velut lapis,
Flammiuomis Erebi nunquàm emersura lacunis,
Rapido sed igne concremanda perpetim:
Nam chaos immensum nullo penetrabile nisu
Damnatum ab arce cœlica excludit gregem:
Nec fas est cuiquã qui carcere clauditur illo
Vlla gehennam vi vel arte euadere:
Hæc vos attonito meditari sæpius ore,
Pauidóq; tristes expediret pectore,
Quorum magnifico mensa est instructa paratu,
Nitétq; vasis ferculisq; splendidis:
Suaue merum qui potatis dulcedine magna,
Auidísue poti ingurgitatis haustibus:
Quósque voluptatum tenet immoderata libido
Rebus secundis insolenter ebrios:
Ista sed affixi mensis & cymbia plena
Exhaurientes intueri omittitis:
Vobiscum nec opus studiose expenditis illud
Factum quod ipso est orbis à primordio:
Nimirum solo nutu quòd fecerit amplam
Cœli soliq; machinam vnus conditor,

Vt

Vt collaudarent illum genijq; volucres,
Adæq; semen ore, factis, spiritu:
Et nobis vili generosam in corpore mentem
Dederit, suiq; notionem numinis,
Cæteráq; in stolidum sternens animantia ventrẽ,
Iumenta, pisces, reptile genus & feras,
Finxerit ore hominem celso quo sydera rectus
Spectaret, acri mente transcendens polos:
Quodq; scelus nullum patiatur abire nefásq;
Quod æqua factis vltio non expiet:
Præsertim quoties vitijs & crimine multo
Se dignum acerbo quis flagello reddidit:
Hæc (inquã) excordes supremi opera inclyta regis
Considerare non studetis serio:
Quæ tamen ingenti foret æquum expendere cura
Animiq; crebrò ruminare in abditis:
Et dum vita comes quauis ratione, modóq;
Ambire celsi conditoris gratiam:
Ante truci quã circũdent vos agmine & armis,
Captósq; in Orci perpetes mergant rogos
Terribiles Stygij regis rapidiq; ministri
Caliginosum hunc obsidentes aëra.
Si male quis vixit carnem mundúmq; secutus,
Ventríque totum luxuíque se dedit,
Vt iumenta solent diæ rationis egena
Assueta sensus impetu solo rapi,

Vel sua quæsiuit tantum compendia, præter
Ius, fas, & æquũ proximos fallens dolis:
Vt vafer omnimoda faceret rem crescere praxi,
Prauos relinquat tramites & corrigat:
Peruersos studeat correptus vertere mores,
Deumq; toto cordè posthac quærere,
Quæq; eius contra sanctas quã plurima leges
Damnanda fecit luctu amaro defleat:
Ploret, & vtilibus lachrymis abolere laboret
Omnem inquinati pectoris rubiginem:
Ne tandem nullo cogatur plangere fructu
Acherontis atri mersus in voraginem:
Perpetuis vbi lamentis, grauibusq; flagellis
Mœstisq; cuncta personant clamoribus:
Ignis vbi flagrat duro intolerabilis æstu
Pariterq; frigus asperum semper furit,
Sæuáq; terribili squallent ergastula nocte,
Stridentq; pœnis, perstrepuntq; verbere:
Iam bona non segnes operemur plurima sensim
Quibus expiari nostra possint crimina:
Nequando pœnas miseri rapiamur ad illas
Flammásq; nullo mitigandas tempore.
Quid captas ventósq; leues, fumósq; fugaces
Insulsa pubes? somniisq; pasceris?
Quæ specioſa tibi demens simulachra bonorum,
Mendaciúmq; gaudiorum fabricas?

Ne-

Neglectis rebus ſolidis, & ſpebus opimis,
Sanctaque vita, perpetique gloria,
Reſpice. quàm fallax ſit carnis floſque decorque,
Tam delicate quam fouere aſſueuimus,
Non alio ſane fructu, quàm ſi quis aſellum
Alat affluente pabulo vt laſciuiat,
Excuſſoque ferox ſeſſore recalcitret, omne
Onus recuſans ſarcinásque tollere:
Sic caro ſueuit enim menti hoc magis eſſe rebellis
Quo plus amatur, lautiusque paſcitur,
Cuius cæcus amor diuino inimicus amori
Homines ſubinde cogit obbruteſcere.
Nec minus eſt mendax pellacis gloria mundi:
Repente vt vmbra, ſomniumque tranſicus,
Cuius multiplices fuci, ſpecieſque doloſa
Heu, plurimorum faſcinant ſic pectora
Vt cœli immemores faciant propriæque ſalutis,
Trahantque cœcos ad tenebras extimas:
Iugis vbi fletus ſed prorſus inutilis acri
Ac ſempiterno erumpet ex incendio:
Coget vbi brumale gelu, glacieſque niuoſa
Stridere dentes horrido præ frigore.
Eccce quibus merito deberet noſtra frequenter
Mens occupari cogitationibus,
Improba contendens nocituraq; gaudia carnis
Ac vota legi ſpiritus ſubſternere.

Quàm

Quàm graue & indignũ, vilem si propter amorẽ
Carnis miſellæ ac temporalis commodi
Cœleſtis ſolidam perdat poſt funera regni
Homo Chriſtianus patriæque gloriam:
Sit procul à ſeruis Chriſti væſania tanta
Vitam vt caducam ſempiternæ præferant:
Ne breue poſt tempus iuſte ſpolientur vtraque,
Mortis coacti ferre duplicis mala:
Cum prior ancipiti proſternens omnia falce
Nihil eſſe cuncta luculenter arguet
Quæ ſtolidos toties iam ſpe fruſtrantur inani,
Deique cogunt & ſui obliuiſcier.
In mentem potius veniat longumq; moretur
Illius ingens ciuitatis gloria,
Quæ ſupra petram ſtabili fundamine ſtructa,
Nullis procellis fluctibusque obnoxia eſt,
Sed placidis reſonans modulis & laude canora
In conditore ſemper exultat ſuo:
Cui iugis debetur honor, laus, gloria, cultus,
Amor, timorq;, vt vnico & ſummo Deo,
Qui ſuper omne bonum dulcis, ſpecioſus, & ampla
Dilectione ſemper eſt digniſſimus.

GRAVIS EXPOSTVLATIO FIDElium defunctorum cum viuis.

Miſe-

Iob.19.

Miſeremini mei miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.

QVisquis adhuc frueris ſtellati lumine cœli,
Noſtraq; præteriẽs buſta ſubinde teris,
De numero populi ſi gaudes eſſe fidelis,
Si mentem pietas occupat vlla tuam,
Huc aduerte animum, lugubresq; excipe cãtus;
Extorquet nobis quos dolor immodicus:
Cum populo mecum qui flammis ardet eisdem
Vnus ego miſeri portio parua gregis
Ad vos ô viui grauiter ſuſpiro, coactus
Miſtas lamentis multiplicare preces,
Flebilibusq; modis immenſi ſigna doloris
Chriſtigenum tepidis mentibus ingerere:
Condoleant tenero nobis vt corde fideles
Quos atrox ſæuo Tartarus igne cremat:
Hei mihi, quàm iuſta eſt ſummi cenſura tonãtis,
Incaſtigatum quàm nihil eſſe ſinit:
Qua rigida expendit modo ſingula lance ſeuerus,
Mortales tanta qui pietate fouet:
Ad mala longanimis qui maxima conniuebat
Nunc etiam næuos excoquit igne leues:
Heu, quibus affligor pœnis, quàm grandia culpis
Pro minimis cogor pendere ſupplicia:

Quàm

Digitized by Google

Viluerant vsu mihi quæ delicta frequenti
Et quæ vix rebar displicuisse Deo,
(Vt sunt effusi risus, nugæque, iocique,
Ac terrenorum non moderatus amor,
Nec sunt ante obitum iusto dispuncta dolore:
Omnia terribili nunc opus igne lui:
Væ mihi, cogar adhuc quantos perferre dolores
Ante tot eradi quàm poterunt maculæ,
Quas toto infœlix mortalis tempore vitæ
Contraxi, immodico captus amore mei:
O quàm pura, nitens, & ab omni libera sorde
Quàm mens esse leuis debet & ætherea,
Ante Dei faciem quàm cernere possit amœnam,
Et iungi electis, angelicisque choris:
Cœlica Hierusalem mundo quum fulgeat auro,
Impurumque in se nil retinere queat.
Hoc igitur quum me quondam scriptura doceret
Præconésque sacri non semel assererent,
Nec tamen, excusso carnalis puluere vitæ,
Corrigerem mores sedulus inde meos
Non præter meritum flammis purgantibus vsus
Horribili ferior cuspide iusticiæ:
Turpiter immersus vitijs sine fruge Deoque
Plurima quòd vecors tempora perdiderim,
Tempora plorandi, tundendi pectus, & vsque
Mittendi crebras lucida ad astra preces:

Te mpo-

Tempora ſyncoræ pietati congrua, parua
Cum poſſet magnum tollier arte malum:
Tempora ieiuno quibus ore manúque benigna
Debueram merito diluere omne nefas:
O quantum poterat veterum delere malorum
Luctus, & afflicti corporis eſuries,
Si mortalis adhuc ſtuduiſſem eradere ſordes
Plenius, & vitæ crimina flere meæ:
Singultus, lachrymæ, ſuſpiria cordis amara
O quàm grande forent nunc mihi præſidium,
Si mea ploraſſem tum crimina, quando licebat
Robuſto vtiliter plangere & incolumi:
Florida dum poterat tolerare iuuenta labores
Quoſlibet, extincta de pietate dolens.
Quantum deſipiunt, qui tunc reſipiſcere ſperant
Attonitos quando mors inopina premet,
Omnia multiplici cum membra dolore fatiſcent
Nec ſibi conſtabit mens ſtupefacta malis:
Quique arbitrantur proprijs quòd viribus omni
Conuerti poterunt temporis articulo:
Pro nutu quaſi quisq; ſuo reſipiſcere poſſit,
Ingens nec donum ſit Metanæa Dei:
Hinc multi æterna perierunt morte, repente
Quos ſua ſpes miſeris ludificata modis:
Aſt alijs quamquàm dederit reſipiſcere Chriſtus
Vix eſſet lachrymis cum locus atque preci,

Nobiſ-

Nobiſcum tamen igniuoma fornace cremati
Expendunt nimiæ maxima damna moræ,
Acrius hoc torti torquendi & pluribus annis,
Conuerti ad dominum quo mage diſtulerint:
Væ mihi, quòd vigili ſolertis acumine mentis
Hæc non proſpexi viuus & incolumis:
Sed ſtolidum demens vulgus, cœciſque ſequutus
Sum fumos mundi, ſtultaq; conſilia:
Qui bona differri ſupremam ſuadet in horam
Occumbat donec fletibus apta dies,
Hoc eſt, lux hominem fluxæ gratiſſima vitæ
Corporeo exhauſtum robore deſtituat:
Quo me torpor iners molliſq; ignauia duxit
Mundanis captum (prôdolor) illecebris!
Quot miſer & quales potuiſſem euadere pœnas
Numine & auxilio principis ætherei:
Anxia ſi pigrum ſtimulaſſet cura ſalutis
Iuſtaq; tam grandis pro ratione mali:
Quæ ſparſis poterant nummis lachrymiſq; piari
Feruentumq; pia ſedulitate precum,
Quæ delere breuis ieiunæ afflictio carnis,
Nunc opus eſt durolentius igne coqui:
Omnis ab ardenti plene exurenda camino
Eſt ſcoria in ſtagno gurgitis igniuomi:
Ni tibi ſit ſtudium quisquis legis iſta vel audis
Pro nobis puras fundere ſæpe preces:

Aſſiduâ

Digitized by Google

Assiduam vel opem miseris Ecclesia mittat,
Illius & sancto de grege quisq; pius.
Nequicquã gemimus, tormentaq; sæua necesse est
Præscripti ad metam temporis vsque pati,
Exuida liuorum nisi nos suffragia pœnis/
(Quod perquàm paucis nunc datur) eripiant:
Hinc te per mortem, per vulnera mitis Iesu,
Per precium nostræ perque salutis opus,
Per sanctos cœli proceres fœlicia diuûm
Agmina, perq; choros ordinis angelici,
Intactamque Dei matrem sponsamq; precamur,
Plus solito in miseros vt pius esse velis:
Optatamque opem flamma stridente crematis
Omnia quæ mundi supplicia exuperat.
E heu, quàm cœca est humanæ in mala mentis
Tam tarde scelerum quam Metanœa capit:
Qualibus exponut se multi hinc inde periclis
Iudicij immemores iustitiæq; Dei:
Quanta sibi cumulant in plurima sœcula forsan
Totius vitæ tempore supplicia,
Ad meliora timor quos præsens mortis amaræ
Vix trahit immersos sordibus oretenus:
Expertis adhibete fidem, ne discere vestro
Hæc sit opus tandem vera fuisse malo:
Heu, quã lenta fluunt ingrataque tempora nobis
Tot purgant lustris quos Phlegethontis aquæ,

Quam

Quàm grauis est vinctis dilatio qualibet, omni
Exutis cura carnis & illecebris, [illegible]
Quæ mentes alio quondam sensusque trahebant
Ne damni memores supplicijque forent:
Quod modo ferre iubet iusti nos ira Tonantis
Iugiter absque vllo pene refrigerio:
Spes nisi quòd fractos animos confortat alitque,
Tormenta ingeminans finem habitura suum:
Quàm durum optatæ dispendia ferre quietis
Afflictis sæui carceris in tenebris:
Ah, quanto cruciat nos hæc iactura dolore,
Mox quod adire polum non licet exulibus,
Cum mentes simus nudæ, ac vehementer anhelæ
Perpetis ad fontem luminis atque boni:
Longior apparet breuis hic mille hora diebus,
Tam grauis est ignis, nec minus exilium,
Ignis edax animam penetrans totámq; perurēs:
(Absumi nunquàm cum tamen illa queat)
Qui facit immensi propter tormenta doloris
Sit lustrū vt fessis quantulacunque mora,
Dū nos nos flāma vorax rapido intolerabilis æstu
Assiduis tortos ignibus excruciat.
Securi nimium mortales credite veris,
Percúlsique meis euigilate malis,
Surgite de somno tandem torporis inertes,
Ne subito inuoluant vos Acherontis aquæ

Per-

Perdita nequicquàm plangentes tẽpora nugis
Quæ nullus poterit tunc reuocare dolor:
Sed quotus hæc quisq; expendit? quis credere sese
Ostendit iusto territus inde metu?
Quis studet in melius prauos hinc vertere mores,
Dum licet & mentis vulnera flere suæ?
Obliti, heu, viuunt homines nostriq; suiq;
Nec faciunt flocci nos mala quanta premant,
Quámq; tremẽda breui expectẽt tormẽta supinos
Abripiet dum mors hinc inopina reos:
Quis mihi concedet quod anhelus posco proinde
Vt mea scribantur tristia dicta libro?
Aut expressa stylo conseruet lamina plumbi,
Aut teneat rigidus non abolenda silex,
Excauet hæc duro vel acutũ in marmore cælũ,
Iuris vt vsurpet tempus in illa nihil,
Vt toti pateat mundo vis sæua dolorum
Qui miseras animas iugiter excruciant:
Si quem forte pium nostri miseratio tangat,
In quo fraternus sic recalescat amor,
Nocturnis vt nos precibus bonus atq; diurnis
Contendat, quouis & refouere modo:
Quod supplex à te communi nomine posco
Lector adhuc aliqua qui pietate cales:
Sic tibi det placidam Christus post fata quietem
Et citò purgatum tollat ad astra poli,

Afflicti miserere gregis, miserere dolentûm,
Quorum multa furens millia flamma cremat:
Si pius es, fletusq; mouent te plæbis egenæ,
Si iuuat ægrotos ære fouere tuo,
Respice nos propius, quos verbera dura, tenebræ,
Ignis edax, fœtor, frigoráque excruciant:
Quis magis afflictus, miserabilis, indigus, æger:
Pauperior nobis quis, precor, esse potest:
(His tantum exceptis quorum tot millia torrent
Ignibus & pœnis Tartara perpetuis)
Iugiter ardentes & acerbo in carcere torti
Atterimur varijs obruimúrq; malis,
Quódq; magis flendũ iam tempora lapsa merendi,
Ipsi nec nobis ferre valemus opem:
Nõ datur, hei, miseris post mortẽ abstergere sordes
Non resecare stati tempora supplicij,
Sed quæcunq; Dei sanxit censura, necesse
Ad præfinitam nos tolerare diem:
Qui tanquam vinclis palmásq; pedesq; ligati
Nobis ferre nihil possumus auxilij:
At tu cum reliquá credentûm plebe iuuare
Nos prece, nos sacris, nos potes ære dato:
Nequa proin capiat miseræ te obliuio turbæ
(Hæc per sancta frequẽs qui loca progrederis)
Lumina circũfer spacioſa per atria templi,
Nostráq; sic tecum collige vota sagax:

Quid

Quid tibi sarcophagi, tituli, pictura loquuntur?
Fixáque te muris crebra tabella monet?
Nempe, pia recolens vt nos hic mente sepultos,
Di generis nostri sæpius esse memor:
Plurima quos propter cæcæ peccata iuuentæ
Ac delicta olim multiplicata nimis,
Quæ minus erasit fugitiuæ tempore vitæ
Ex vero nascens viuus amore dolor,
Terribilis purgat modo acerbæ flamma gehennæ,
Hei mihi, funesto vix toleranda rogo.
Hoc tumuli clamant, hoc saxa, crucesq; notæq;
Inscriptæ nostris vndiq; sarcophagis:
Sed quotus hæc quisq; attento considerat ore?
Vel magis in miseros reddidur inde pius?
Prætereunt muti, & vix vllus dicere sueuit,
Defunctis requiem da pie (quæso) Deus:
Atq; vtinam muti, qui templa sacrata profanant
Omne genus nugis, risibus atq; iocis.
O vbi sunt multa quondam pietate celebres
Iam veteres sancti, natio digna Deo?
Qui toties gemitus, lamenta, precesq; solebant
Pro defunctorum fundere spiritibus:
Per tacitas soliti grauiter se affligere noctes,
Vt miseras possent eripere hinc animas.
O quàm ignita fides, quàm flameus ardor amoris
Vrebat rapida pectora sancta face,

Cogebat largos qui crebrò erumpere fletus
Ad defunctorum ſuaue refrigerium.
Fœlices animæ fœlicia tempora nactæ
Dum meruit tales mundus habere viros,
Qui tam ſolliciti, fidi, vigilesque fuerunt
Pro noſtra æterna pace, ſalute, bono:
Præſertim quando vixit Mirabilis illa
A Chriſti virgo nomine nomen habens,
Pro miſeris toties quæ duriter alſit & vſta eſt,
Se fluuijs mergens igniuomisq; focis:
Ah quã rara hominũ modo copia vbiq; piorũ eſt,
Reſpondet patribus quàm male poſteritas:
Quàm paucos noſtri memores triſtisq; gehennæ
Mortales inter viuere colligimus:
Hoc etenim clare oſtendunt manantia terris
Ad nos iam valde rara refrigeria:
Quod graue nõ paucos ſcelus ac damnabilis error
Occupet immites ſacrilegosq; nimis,
Qui ſolitis nos præſidijs ſpoliare laborant,
Pro noſtra orandum quiq; ſalute negant:
Cùm tamen à primis Eccleſia cœperit annis
In ſacris requiem poſcere ſpiritibus:
Quod cum ſeruarint per ſœcula multa nepotes,
Impietas miſero quanta negare gregi.
Hinc ad vos rurſum mortales clamito ſurdi
Compulſus querulas multiplicare preces:

Beata Chriſtina Mirabilis cuius vitam perſtrigit Dionyſius Carthuſienſis in libello de 4. nouiſſimis.

Atq;

Digitized by Google

Atq; Vtinam noſtris occluſas planctibus aures
Vellere ſic liceat duráq; corda mihi,
Incipiant noſtri ſemel Vt meminiſſe doloris
Quàmq; frequens poterunt mittere ſubſidium,
Qui quaſi nulla forēt purgantis clauſtra gehēnæ,
Vix Vnquam afflictis auxilio eſſe ſtudent:
At Vos Veſtrorum ſaltem miſeratio pungat
Hæredes, fratres, charáq; poſteritas:
Vos inquam, pietas Vel dulces ſtringat amici
(Tam rarus nobis quandô patronus adeſt)
Dumq; bonis ſaturi noſtris & carnibus eſtis,
Reddite commeritis ſpirituale bonum:
Reddite non tepido bona ſpiritualia corde,
Cum precibus lachrymas, atq; opus omne piū:
Imprimis autem diuina per orgia Miſſæ
AEternum nobis conciliate patrem,
Gratior eſſe ſolet cui Victima nulla, ſacratum
Quàm placidi corpus pignoris atq; cruor:
Scilicet hic Vere pius eſt & amabilis agnus
Omnia pro noſtra qui ſua pace dedit,
Parens æthereo momenta per omnia patri
Vſq; ad funeſtæ funera ſæua trabis:
Totius Vt moriens deleret crimina mundi
Affigens rigidæ noſtra piacla cruci.
Hoc igitur precium humanæ pignuſq; ſalutis
Offerri æterno poſcimus Vſq; patri:

Digitized by Google

Eheu sed vestros vt surda spernitis aure,
Quàm malè pensatis quæ bona contulimus:
Vos benè curati, pasti, fotiq; suaues
Ducitis ex nostro sæpe labore dies:
Nec vos vlla tamen (pœnæ vt minuatur acerbæ
Condignis precibus) solicitudo tenet:
Affectu quod enim nullo glomerata leuamen
Verborum nobis murmura ferre queunt?
Impia posteritas, nimiumq; oblita tuorum
Hæccine sunt grates, dignaq; dona datis?
Hæc pro multiplici & longo sudore paratis
Collatisq; tibi præmia restituis?
Scilicet hæc tantis meritis est congrua merces?
Hiccine speratus fructus amicitiæ?
Ignibus vt rapidis sic nocte dieq; cremari
Nos ingrata sinas absque refrigerio.
Credite mendaces expertis credite amici,
Qui nos innumero tempore negligitis,
Carceris excipient dum vos ergastula nostri,
Flammaque torquebit, pœnaq; consimilis,
Audiet assiduè clamantes nemo vicissim
In pœnam vestræ, credite, duriciæ:
Ad nostros planctus quia nunc occluditis aures,
Quos notos cunctis Iob patriarcha facit.
At tibi qui pius es subdant hæc, obsecro, calcar
Vt pergas nostri iugiter esse memor,

Cre-

Digitized by Google

Crebrius assuescens tormenta reuoluere tecum
Quæ patimur duri carceris in tenebris:
Exhibeas nobis plus vt pietatis, & ipse
Plenius à solitis lapsibus euigiles.
Sit tibi cura frequens studium q; fidele, sepultis
Corde, manu, lingua ferre libenter opem:
Intercessores vt nos mereare vicissim
Lector apud dominum semper habere Deum,
Lamentis, precibus q; tuis cum libera ab Orci
Gurgite mens cœli læta videbit opes:
Transibis quoties loca per sacrata memento
Aut Psalmo aut aliqua nos recreare prece:
Sic etenim prodesse tibi post fata precatus
Viuorum poterunt, sic opus omne pium:
Namq; operum consors alio tunc orbe bonorum
Pro meriti fies conditione tui.
Librat enim iusto sic omnia pondere, certa
Singula disponens lege modóq; Deus,
Vt quo quis modo fuerit nunc mensus, eodem
Mercedis capiat præmia digna suæ.

PIA PRECATIO, EX-postulationi respondens.

AVete fratres & sorores, corpora
Quorum hic sacrato dormiunt in puluere

Digitized by Google

Resuscitanda in fine mundi labilis:
Auete quotquot igne purgatorio
Adhuc necesse est expiari spiritus
Pij ac fideles, sed beatitudinis
Desideratæ nondum adepti præmia:
Qui vos creauit, qui cruore vos sacro
Christi redemit, qui perenne gaudium
Iustis parauit, ipse vobis obsecro,
Dignetur esse mitis & placabilis:
Virtute mortis, passionis, sanguinis,
Crucísq; Christi, vos benigne liberans
Lacu à profundo carceris teterrimi,
Nimijsq; pœnis iugibúsq; ardoribus,
Quibus est necesse crimen omne eradier
Metanæa plenè amara quod non abluit.
Ostende (quæso) Christe plantas & manus
Latusq; patri quod cruenti militis
Dirupit hasta: charitatis vt memor
Et humilitatis illius ineffabilis,
Qua temetipsum tradidisti alacriter
Ad perferendam asperrimæ mortem crucis,
Animas misellas omnium fidelium
Absoluat illo ab igne flagrantissimo,
Tormenta longè qui anteuertit omnia
Quæ passus vnquam est vllus hic mortalium,
Diu expetitam transfereus ad gloriam.

At

At tu ô creator omnium rerum Deus
Idemque nostri amator ardentissime,
Nobis dedisti liberandis vnicum
Et innocentem qui tam amanter filium:
Manuum tuarum agnosce plasma nobile
Quamuis caducum, nec cruentis bestijs
Tibi confitentes trade spiritus, precor:
Gemitus tuorum exaudi amaros pauperum
Benigne factor & pater mitissime:
Nec macerari torridos vltra sine
Grauibus tenebris horridoque incendio:
Maculas sed omnes, ligna, fœnum, stramina
Aufer per illud nostræ inæstimabile
Precium salutis: sanguis vbertim tui
Qui fluxit olim filij de corpore
Abstergat, oro, quicquid vsquàm est sordium
Animas tuorum duro in igne detinens:
Vt expediti ab omnibus statim malis
Ad amœna summæ transeant pacis loca.
Valete fratres, dumq; ab Orci faucibus
Erepti in arce cœlica regnabitis,
Nolite nostræ miseriæ obliuiscier:
Vbique turmis hostium circundatos
Quos crebra lædunt ac fatigant prælia:
Ego ad leuandum vestra nonnihil mala
Miserande cœtus, quicquid hac die boni

Afflan-

Afflante Christo & adiuuante fecero,
Vobis libenter offero: desiderans
Et plura grandi cordis affectu dare:
Optóq; vt omnes omnium mortalium
Superumque mentes excitentur à Deo
Ad opem ferendam flebili vestro gregi:
Diu cupitam donec indulgentiam
Pacemque vobis impetrent & gloriam.

DE QVIBVSDAM TOT MALORUM REMEDIJS.

CVm stadũ nobis semel omnib⁹ ante tribunal
Illius horrendũ sit iudicis atq; monarchæ,
Qui nullũ sinet ire nefas vel crimẽ inultũ:
Nostraq; quam medios hic inter ducimus hostes
Vita sit innumeris obnoxia vbique periclis:
Et nos immemores nostri propriæque salutis
Admoneat toties placidi clementia patris,
Quisque sui memor vt finis, sortisq; caducæ
Abstrahat à solitis animum corpusque piaclis,
Ad resipiscendum largissima tempora præstans:
Quàm toruo quidam reprehendier ore merẽtur,
Quos nec mansueti bonitas immensa parentis
Ad meliora mouet captos virtutis amore:
Nec mala cogit adhuc consueta relinquere cœcos

Tam

Digitized by Google

Tam graue descrimen semper flammantis Auerni
Perculsos saltem æternæ formidine mortis:
Præterea intrepidos Dominus cum sæpius idem
Terreat horrendis morbis & cladibus, acri
Nunc fame castigans, nunc sæui turbine belli:
Et trahere oppletos vitiorum sordibus ad se
Summo contendat studio, virgaque laboret
Multiplici, vt tandem toti redeamus ad ipsum:
Denique seruandis quod nouerit vtile nobis
Nil intentatum cum mitis omittat Iesus:
Quot sese dignos non cessant reddere plagis
Exemplis qui tot moniti grauibusq; flagellis,
Funera cùm videant sæpe immatura suorum,
Interdúmq; graui languore premátur & ipsi
Terribile horrentes fulmen, tonitruq; sonorum,
Spes nondum falsas didicêre & friuola vota,
Fœdáq; corruptæ solamina temnere carnis:
Mundanis sed adhuc capti fucísq; dolísq;
Sic adamãt nebulas, & inhærẽt mordicus vmbris,
Vt tanquam laqueo constrictos membra tenaci
Sordibus in solitis mors sæpius opprimat atra.
Insignis certè stupor & miserabilis error,
Cui bona pars nostrûm sic est obnoxia, vt ægrè
Credamus stolidi venturam desuper iram
Quãstata quemq; suæ mortis constrinxerit hora:
Nec de perpetua ac fida statione paranda

Verè

Vere ſoliciti ſimus, ſtabiliq́ue quiete
Ante dies cogat quàm nos migrare ſuprema:
Cum tamen ignaros extremæ lucis & horæ
Vndique circundent rabidæ diſcrimina mortis:
Nec quiſquàm norit, vel poſsit ſcire, quis illum
Excipiet locus hoſpitio, ſimulatque caduci
Corporis iſtius mens anxia liquerit artus:
Tanta proin cum multorum væcordia mentes
Occupet, inuoluens non paruis corda tenebris,
Compellor iuſto rurſum indulgere dolori
Caſtigans querulo maleſanum carmine vulgus.
Ah genus inſipiens, ſoboleſq́; inprouida matris
Illius, quæ mox promiſsis credula vanis
Præbuit anguineis cupidas ſermonibus aures:
Excuſsis quando nebulis erroris opaci,
(Quo velatá tibi cæci ſunt intima cordis)
Quod rectum eſt ſemel incipies ſentire, loquiq́ue?
Vah, ſtirps fœdifragi miſera & miſerabilis Adæ
(Non timuit magni qui frangere iuſſa Tonantis
Coniugis immodico mentem labefactus amore)
In quas te ſordes & vincula deijcis vltrò,
Internum cœno fœdans & ſtercore vultum:
O cœci, ac ſtupida nil recti mente videntes,
Illecebris capti veſtræ pellacibus Euæ
Quo, precor, vſque eritis mendaci præda colubræ?
Poſthabitis ſummi verbis & fœdere regis

Flectè-

Digitized by Google

Flectentes animum ad vafri promissa draconis:
Siccine factori vestro Dominoque rebelles
Infidique eritis semper, fugitiua sequentes
Fœdaque mortiferæ vota ac solatia carnis?
Improba posteritas imitabere praua quousque
Inconsultorum vestigia & acta parentum?
Subdola quos species vetiti dulcedoque pomi
Perdere delicias paradisi fecit amœnæ.
Quantũ desipimus, stolidos quis fascinat error!
Dum bona tam magni facimus terrena periclis
Mille exponentes cœcam cum corpore mentem.
Vnde nihil tandem nobis auferre licebit:
Tam parui rursum cœlestia pendimus, vt nos
Valdius afficiant mortalis commoda vitæ,
Quàm uis multiplici sint fermentata dolore,
Quàm decus, & nunquàm perituri gloria regni,
Gaudiaque humanas longè excedentia mentes.
Quæ miserè pereunt, proprióq; in stercore inertes
Putrescunt, à te viuarum flumen aquarum,
Dulce refrigerium syncæri cordis, amórque,
Affectu quotquot corrupto Christe recedunt:
Solus enim tu fons vitæ, qui semper abundas
Rore salutifero, requies, dulcedo, voluptas,
Vnica in exilio hoc, & votum mentis anhelæ:
Internæ tu lætitiæ liquidissimus amnis:
Cuius viuificos latices quicunque relinquit

Turpi

Turbida vt Ægypti ac Babylonis flumina ſiccis
Faucibus aſsiduo nequicquàm ingurgitet hauſtu
Hunc iugis cruciet ſitis atq; æterna neceſſum.
At quid conſilij fratres? vbi putribus iſtis
Sic aſſueuit aquis mundi væſanus amator,
Fontis vt illius vitreas faſtidiat vndas,
Ardenti cuius flagrabat amore propheta,
Ceruus vt ad gelidos latices ſitibundus anhelat:
Siccine præſidij nihil & ſolaminis vltra
Offertur miſeris? qui dum ſatiare paluſtri
Se conantur aqua ſemper magis excruciantur
Torrida corda ſiti: num ſpes ita concidit omnis,
Nulla malis tantis vt iam medicina ſuperſit?
Abſit vt hoc quiſquàm ſibi perſuadere renatus
Auſit in hoc donec mortalis vixerit orbe:
Blaſphema ne mente Deum neget omnipotentem
Vel credat non eſſe ſatis mitem q; piumque
Illum, cui proprium eſt miſereri & ſemper adeſſe
Omnibus auxilium trepido poſcentibus ore.
Plurima adhuc nobis & præſtantiſsima certè
Pharmaca tollendis animorum peſtibus adſunt:
Nec reſina ad quoduis terebinthina idonea vulnus
Sanandũ & vomicas, precioſaq; aromata deſunt:
Vt non deſperent ſe poſſe integrius vltra
Viuere, qui vapidæ quantumuis putria mentis
Vlcera non fugiunt medico reſerare fideli,

Qui

Qui vinum plagis oleúmque infundere norit:
Curandos toto modo ei se pectore credant,
Et seruare velint quicquid præscripserit ille.
Quid cessas igitur morbis adhibere medelam
Gens ignaua tuis, altóque oppressa sopore?
Nunquid qui segni iacet obrutus ebria somno
Membra, recusabit piger vltra surgere lecto?
Quiq; iter ingressus loca per lutulenta palustre
Corruit in cœnum, nunquam se attollere quæret,
Collapso dextram si quis porrexerit vltrò?
Imò quo poterit contendet robore & arte
Natantes denso plantas educere limo,
Fœdatáque luto studiose abstergere vestes:
Nec quemquam semper somno indulgere iuuaret
Quamlibet inuitus plumas, nidúmque relinquat:
Non secus in crimen lapsum mox surgere totum
Abstersisq; animæ maculis resipiscere oportet:
Et quò se grauius sentit cecidisse gemitq;,
Hoc citius tristi percussum corda dolore
Est opus apta suæ medicamina quærere menti,
Curandísq; animæ cataplasmata idonea plagis:
Diues & omnigeno quæ semper aromate plena
Scripturæ nobis apotheca ministrat abundè,
Sanctorumq; patrum insignes pietate libelli:
Si tamen hac nostrum quisquam desiderat in re
Consilium, quædam diuinis consona nitar

Elo-

Eloquijs, quali potero breuitate referre:
Fusius hæc eadem statuens tractare quibusdam
Propositis velut exemplis formisque precandi,
Notæ vbi iam fuerint stirpes & origo malorum
Quæ toties renouant rediuiuo semine culpas:
Otia sed nobis quando vberiora dabuntur
Ad varos domino cantandum dulciter hymnos,
Quos velut informem nondum licet ædere fœtum.
Ex dictis igitur didicisti si pie lector
Quàm crasso plærique homines errore premantur,
Qui cessura sibi fœliciter omnia sperant
Quantumuis magna scelerum sint fasce grauati:
Quantáq; sit mentis sæpe insipientia nostræ
Dum sapere immodicè nobisque alijsq; videmur:
Atque hinc quàm iuste Deus indignetur iniquis
Et facto toties periuris fœdere seruis:
Accipe nunc contra quo carmine, ture, molaque
Et quibus offensus sacris placarier ille
Debeat atque velit: qua solicitudine rursus
Artibus & studijs fibras stirpesque malorum
(Postquàm radices neglectæ egere profundas,)
Tollere quis possit vitiorum mole sepultus:
Quæque tot expellant lætales pharmaca morbos.
Hæc ergo facienda tibi, curandáque tota
Sedulitate reor, variorum quisquis olenti
Immersus scelerum cæno, veterique sepulchro

Inclu-

Inclusus, longa iam consuetudine fœtes,
Dura grauis saxi depressus pondere corda:
Hæc vrgenda tibi neruis dico omnibus esse,
Vt simul ac tenuis cœlo tibi fulserit aura
Nonnihil illustrans densa caligine plenum
Mœsta vel inducens sceleratæ tædia vitæ,
Mox in te studeas vigili descendere cura:
Pectoris obscuri tenebris vtcumque fugatis
Vt semel aspicias, animæ in penetralibus atris
Quàm sis distortus, vapidus, scabiosus, olensque,
Ante oculos domini: nimirum crimine multo,
Horrore, ac tenebris, sanie taboque, situque,
Non aliter squallens, quàm fœda cadauere crebro
Quæ reserata graui putent fœtore sepulchra.
Agnoscens autem, quo te deieceris ipsum
(Dum captus nimio lasciuæ carnis amore,
Nequicquàm te delicijs explere laboras)
Nitere ad hoc summo mentis conamine, vt vni
Non leuiter tibi displiceas: hinc facta perosus
Impia cum votis grandem exardescere in iram
Te contra, carnemque putrem contende seuerus
Iudex ipse tui: plenusq; rubore metuque
Fixius attonito stupefactus pectore specta:
In quàm viscosos laqueos, altumque Barathrum,
Horrendumque chaos te præcipitaueris vltro,
Dũ mundũ & carnẽ sequeris, Christũq; relinquis:

Ex quibus accendi postquam in te senseris aestum
Contemptumq́;, odiumque tui, vitæque pudendæ,
Mox fidum pete secessum, tacitasq́; latebras:
Libere vbi posis in amari verba doloris
Suspirans grauiterque fremens prorumpere salte,
Si nondum turbata datur fletu ora rigare.

Tum coram Domino prono te corpore sternes,
Horrendum Christi quasi iam stes ante tribunal
Indulge iusto mæstusque tremensque dolori:
Non cessans ictu pectus quassare frequenti,
Consertare manus, & singultire gemendo,
Peccandi donec plene refrixerit ardor,
Ac prodire genis pretiosus cœperit imber
Ille, Dei quamvis grandem qui mitigat iram
Extingues sensim vrentis tormenta camini:
Interea terræ adfixus nec tollere sursum
Lumina, nec cœlos ausis spectare nitentes
Immundis oculis, fœdisque libidine multa:
Indignum plane te censens munere tanto
Qui frontem attritam tollas vultumq́; procacem
Ad contemplandam supremi numinis arcem,
Quatenus illa procul nrostris se obtutibus offert:
Vel qui mellifluum polluto gutture nomen
Eructare Dei, & dulcis merearis Iesu:
Hoc tantum supplex tremulisq́; precare labellis,
Vt cuius bonitas vltrò te sola creauit,

Quique

Quique cruci affixus damnatũ à morte redemit,
Tamque diu innumera polluto labe pepercit,
Quamlibet indignum placidis dignetur ocellis
Aspicere, & miseri non spernere vota, precesq;:
Qui licet omne genus vitiorum stercore sordens
Perpetuò toties dignum se fecerit igne,
Nobile opus tamen illius non desiit esse
Artificis summè mitis, placidi, atque benigni,
Cuius amor totum se latè effundit in orbem:
Plasma proinde suum cùm magni pendat, ametq;
Non paruo affectu, nullumque perire suorum
De numero velit, exoptans seruarier omnes:
Illa etiam solitæ pietatis viscera pandat
Ampla et amica tibi: & cui perstringere mentẽ
Luminis arcani radio iam cœpit, eidem
Ad meliora animum semper vircsque ministret.
Rebꝰ in extremis hæc scilicet anchora sacra est
Suppliciter, crebrò, ardenter, longumq; precari
Munificum cœli Dominum, regemq; supernum:
Diffisumque suis meritis & viribus almo
Se totum plastæ trepido substernere corde:
A patre per Christum lumen roburque petendo
Multiplices contra insidias, metuendaque bella
Impetimur quibus hac toties in valle dolorum,
Lugendi seges est vbi semper plurima nobis:
Expedit hinc placidã Christi sanctamq; parẽtem

Ac ſuperos omnes interpellare frequenter,
Obſequijsque pijs diuorum ambire fauorem:
Summo vt dignentur nos commendare Tonanti
Quem penes imperium eſt mortis vitæq; perẽnis.
Profuerit quoq; non modicum verſare ſubinde
Conditos multa quoſdam pietate libellos,
Qui mortem reſonant & vitam dulcis Ieſu
Spirantes pectus, doctrinam, verbaque Chriſti:
In domini vt ſenſim mens accendatur amorem,
Aut certè iuſto ſtimuletur pigra timore:
At ſi viua magis te vox dicentis & ardor
Afficit (vt fieri non raro ſueuit) alacri
Præſentique animo pendere docentis ab ore
Diuinoque vigil præconi aſtare labora,
Vt vim dictorum poſsis ſentire, ſacerque
Tranſeat attoniti ſermo in penetralia cordis,
Igniculos quoſdam perculſa in mente relinquens
Quos gemitu & precib⁹ velut acri creſcere flatu
Paulatim facias, rutilisq; ardeſcere flammis.
Maxima adhæc cùm ſint multorũ cauſſa malorũ
Crapula, & ebrietas, marcenſque ignauia ſomno,
Otiáq;, & poſitis deſes ſocordia curis,
Singula quòd vires hebetent, aciemque retundat
Mentis, & omne genus vitijs alimẽta miniſtret.
Solicite ingluuies frenanda eſt improba ventris,
Fœdaque ſiccandi ſpumantia pocla libido,

Tan-

Tanquam blanda lues animæ, placidumq; venenũ
Quod totum paulatim hominẽ corrũpit, & acri
Sæpius ardore infestans lætaliter vrit:
Nec minus inde animo q; corpore lãguor inertis
Desidiæ, & sopor immodicus, torporque fugandi,
Artibus ingenuis, manuumq; labore, pioque
Vtilium rerum studio vigili atque fideli:
Frugiferum meditando aliquid scribendo, legẽdo
Semper, & electos voluendo subinde libellos,
Sedula nos quorum non solum lectio doctos
Reddere & exculto possit sermone disertos,
Sed longo semper meliores insuper vsu:
Pellere dum (sacros apicẽs relegendo) studemus
Tædia, quæ vacuæ non rarò obrepere menti
Ignauæque solent post prandia larga, merumque:
Sic tamen vtilium nos lectio crebra tenebit
Librorum, vt quoties arcani numinis aura
Strinxerit affectum studia ad potiora vocando,
Internos oculos mox conuertamus ad illum
Qui tetigit nostri tam dulciter intima cordis:
Obnixè orantes, vt prouehat omne, quod eius
Inspirat numen rectum ac laudabile menti.
Hunc autem nobis si conciliare precando,
Si veris dites cupimus virtutibus esse
Si grandes meritis & religione, vicissim
Nos decet esse pios in turbam plæbis egenæ:

Afflictos quósuis ſolando, inopeſq; benigne
Debiliumque gregem, nudos vinctoſq; fouendo:
Hac vt permotus mundi pietate monarcha
Vberius tribuat ſua grata chariſmata nobis:
In miſeros etenim quo quisq; benignior omnes
Eſſe ſtudet, maiora vicißim hoc dona meretur
Accipere à largo cunctorum autore bonorum,
Nı ſua dans alijs domino ſe ſubtrahat ipſum:
Non deſunt etenim, qui quantumuis male viuant
Omnia ſalua putent, ſibi triſtia nulla timentes,
In turbis inopum modo ſint facilésq;, pijque:
Non rarò tamen & meritò falluntur iniqui,
Qui bona cum Chriſto dent deteriora libenter,
(Nimirũ extra hoẽm quæ ſunt falſa atq; caduca)
Præcipuum quod habent, animã corpusq; dicare
Illius obſcquio corrupta mente recuſant:
Teſtantes nihil obſcurè, ſe carnis ineptæ
Eſſe magis ſummi quàm veros regis amicos.
Hæc tibi præterea ſit maxima cura mementa,
Sordibus à ſolitis quicunque emergere anhelas
Et ſemel à veteri totus conſurgere cœno:
Solicite vt fugias vicina pericula ſaltem,
Suſpectos nempe aſpectus, loca, tempora, ſexum;
Quæ plærumq; homini grãdis ſunt cauſa ruinæ.
Scilicet eſt nobis reſecanda occaſio quæuis,
Quæ facile ad ſuetos lapſus impellat inertes:

Diſſi-

Difficile eſt etenim ſecuros carpere ſomnos
Vicinum colubro qui fert lætale venenum:
Quamuis non ſemper præſens effundere virus
Languidus acceleret, ſopitum lædere ceſſans.
Omnibus ergo Deo quicunq; placere laborant
Hoc opus incumbit, reſecare fideliter omnem
Peccati vt ſtudeant cauſam & fomenta malorũ
Senſibus admota diuini falce timoris:
Inſuper vt diſcant ad petram allidere Chriſtum,
Mox vbi ſentiſcunt prauos ſubrepere motus,
Seminis auguinei rude adhuc & debile virus:
Ante trucis poſsit quàm ſumere mẽbra draconis,
Qui patulo abſorptos confeſtim deuoret ore:
Res etenim nimis eſt funeſtæ obnoxia morti
Exceptum gremio mulcere, ſinuq; fouere
Paulò poſt grauiter morſurũ & nequiter auguẽ.
Qui vitare proin tam ſæua pericla recuſat,
Auxilioq; Dei matrem ſuperosq; vocare
Inſanas contra mũdi, carnisq; procellas,
(Vt priſci ſueuêre patres cœtusq; piorum)
Sed vagus abruptis in præceps fertur habenis,
Dæmonis arbitrio properans ad peſsima quæq;:
Imputet ille ſibi ſi labitur atq; ſubinde
Durius impingit, ſi fœcibus hæret in ijſdem:
Deniq; ſi grandi vitiorum faſce grauatus
Coquetur tandem Stygio cibus eſſe camino.

QVAM

QVAM PERICVLOsa sit frequens cum mulierculis familiaritas.

IMportuna, procax, garrula, mobilis,
Pellaci meretrix blandiloquentia
Dum voces nitido gutture melleas
Instillat bibulis suauiter auribus,
Expandit pedibus retia lubricis.
Ne credas lachrymis, subdola quas ciet,
Suspectæque preces sint tibi cum minis:
Dum verbis inhias credulus, interim
Flatu pestifero cordis ad intima
Irrumpit tacitæ flamma libidinis.
Seps nunc tabificus vox meretricia
Corrumpit sanie pectoris abdita:
Nunc dipsas trucibus flammea dentibus
Insana miseros discruciat siti:
Nunc aspis placidis morsibus enecat.
Quantumuis rigida mente superbias
Desuetis veluti liber ab ignibus,
Ni tu fœminei colloquij faces,
Sirenum modulos ni fugis illices
Flagrabis vetitis rursus amoribus.
Horrescas merito crimen adulteri

Dauidis

Dauidis recolens, quo reperirier
Vix vllus potuit relligiosior:
Vt gnatum sileam qui sapientia
Præfulsit reliquos longè homines supra.
Capti fœmineis illecebris tamen
Tam prudens Solomon quàm pater optimus,
Dum lapsi grauiter, nos tacite admonent,
Diffisos meritis ac sapientiæ
Declinare procul sæua pericula:
Quis prunas tunica deferat integra?
Illæsus medijs vel stet in ignibus?
Euitare nequis mortiferam luem,
Radicem veteris ni resecans mali
A flatu colubri diffugias procul:
Quid Sampsone fuit fortius horrilo?
Vastis qui potuit sternere viribus
Solus mille viros mandibula vnica:
Hunc vilis mulier perdidit attamen
Lassatum assiduis, heu, querimonijs:
Strages illa virûm scilicét ac feræ
Descerptor rigido marmore durior
Imbellis Dalilæ fractus amoribus
Vires, cæsariem, lumina perdidit:
Tantum iuris Amor vendicat improbus:
Quàm cœci, stolidi, quàm miseri proin
Sunt, quotquot laqueis corda tenacibus

Con-

Constricti, colubrum pestiferum domi
Talem non modicis sumptibus educant,
Imò iuge malum morte nocentius.
Quid stulti puerum creditis aurea
Instructum Pharetra, tæligerum, ac face
Vrentem iuuenes esse Cupidinem?
Velatis oculis fabula quem vetus
Præfectum teneris finxit amoribus.
Erratis stupidi, si puerilia
Incœstæ Veneris prælia creditis:
Si nescitis Amor quàm graue sit malum
Virus, supplicium, pernicies, furor,
Saltem versiculis discite nunc tribus.
Non blandus niueo corpore pusio
Ardenti superans lumine sydera,
Sed dulcis rabies est Amor, & placens
Pestis, blanda lues, mellea toxica,
Crux & mors animæ, Tartareus furor.
Infœlix oculos Clere aperi tuos,
Vt tandem videas quàm graue sit scelus,
Consecrata Deo si meretricijs
Carnis templa tuæ sordibus inquines
Vel mens illicitis æstuet ignibus.
Saltem vos pudeat presbyteri inclyti,
Scorti colla putris subdere libera
Edictis, placitis, obsequijs, iugo:

Simore

Digitized by Google

Si mors vos animæ solicitat parum,
Ignis perpetui vel metus excitet.
Si templum Domini, clamat Apostolus,
Congressu vetito quis violauerit:
Carnis mẽbra suæ si meretricijs
Fœdârit maculis, exitio hunc graui
Disperdet Dominus sacrilegum Deus.
Quam vilis laqueus, quàm mala seruitus,
Quòd se fœmineis consilijs regi
Pro scorti arbitrio vir sapiens sinit:
Oblitusq; Dei turpiter & sui
Occludit monitis frugiferis viam.
Quin cunctus remoras tollitis ocyus,
Atq; anguem excutitis lætiferum viris?
Ne captos teneat vos draco longius:
Si nolit placidis passibus egredi
Exturbate domo mortiferam luem.
Clamet pulsa licet, lachrymet, eiulet:
Famam dilacerans euomat vndiq;
Esto, probra domus, murmuret, infremat:
Nil horum moueat corda virilia,
Quæ fumi pereunt more breuissimi:
Hic iusto potius corda premat metu
Terror, cura, tremor: discrutiet pudor
Ne vos immodicus supplicio graui,
Cum sordens vario crimine spiritus

Sistetur

Sistetur Domini iudicio sui.

Non vilis moueant vos meretriculæ
Clamores, lachrymæ probra, minæ, furor:
Sed vindex scelerum iustus & integer
Plenos flagitijs terreat, & niger
Cocytus, Phlegethon, Styxq; Acherontia.
Nequando innumeris sordibus oblitos
Probris & stimulis Cypridis improbæ,
Vltrix nequitiæ flamma vorax cremet
Demersos merito terribilem in lacum,
Qui semper crepitat sulphure & ignibus.
Mittendas etenim sulphuris in lacum
Damnatorum animas pluribus in locis
Nos scriptura docet: congrua fœtidæ
Vt dentur Veneri præmia & igneam
Putens discruciet flamma libidinem:

QVANTVM DISCRIMEN immineat ab oculorum curiositate

Si tibi robur iuuenile curæ est,
Grata si mentis requies serenæ
Anxio seruat studio petulca
Lumina vbique,
Sis memor quamuis modicos ocellos
Maximos hostes fragili esse menti,

Quos

Quos opus semper, nisi vis perire,
Stringere freno.
Quisquis huc illuc etenim vagari
Gaudet, & visum cohibere nescit,
Flebit ingentes animæ ruinas
Captus amore.
Prædo nocturnæ inuigilans rapinæ
Sicubi angustum reperit foramen,
Pessulo effracto penitus recluſas
Intrat in ædes.
Sic amor tecto metuendus arcu
Lubricos primum feriens ocellos
Serpit in venas, mediamq; transit
Cordis ad arcem.
Mobiles semper vigil ad feneſtras
Excubat Dæmon, subitoq; mentem
Vrit afflatu, male si quieta
Lumina cernit.
Quisquis æternam requiem proinde
Quæris, ardores metuens gehennæ,
Ostium seruans oculis tuendis
Peruigil insta:
Quæ (malum) cogit scabies videre,
Quo frui non est tibi fas? & vnde
Cordis inuolui subitis tenebris
Intima sentis?

Lubri-

Dum nimis fidis tibi, nec laboras
Sedulò causas resecare morbi,
Vulnere afflictus grauiter latenti
Nequiter ardes.
Lubricas versans animo figuras
Vreris cœco miser intus igne,
Vulnus in venis tacitum fouendo,
Vnde peribis.
Imò iam coram Domino peristi
Putido flagrans vehementer æstu,
Dum nefas vecors male concupiscis,
Voluis, amasque.
Quid vagis spectas oculis per omnes
Obuium quicquid tibi fit plateas?
Cum vel inuitum iuuenilis ardor
Plus satis vrat.
Reguli virus minus est timendum
Forma quàm pellax, mulierq; compta:
Corpus hic visu necat, illa mentem
Morte perenni.
Testis est sanctus domini propheta,
Regius psaltes, muliebre nudum
Qui videns corpus cecidit repente
In graue crimen.
Quis sibi posthæc, rogo, non timebit,
Cùm virum cernat cecidisse tantum?

Ter-

Terreat quem non pius ille Dauid
Factus adulter?

DE DAEMONVM INsidijs, & hominum incuria.

HEu, quantis hominum cingitur undiqs
Imprudens, fragilis, cœcaq; natio
Aduersis, laqueis, hostibus, & malis:
Quot viuit grauibus subdita casibus.
Securus resides dum sopor occupat,
Dum tranquilla leues credimus omnia,
Inter se lemures callidi & impij
Versant insidias nos quibus opprimant.
Discurrunt agiles per vacuum aëra,
Transmittunt celeres nubila & æquora:
Ad nostrum vigiles semper & impigri
Damnum, perniciem, supplicium, necem:
Dum nos illecebris dulcibus ebrij
Secura intrepidi gaudia carpimus,
Ardentes odio non satiabili
In nos crebra tenent conciliabula.
Nimirum rabies impia iugiter
Lædendi famulos summe tuos Deus,
Cui liuor stimulos adijcit & faces,
Nunquàm dira sinit monstra quiescere:

Impu-

Impugnent ſolito debiliùs licet
Nonnunquàm, & veluti lædere negligant,
Fac ſemper vigiles, ne tacitè nouos
Concinnent laqueos, inſidias ſtruant.
O quàm ſoliciti rebus in omnibus
Prudentes, vigiles ſunt homines pij
Nimirum docuit longa paueſcere
Tectas quos pedicas experientia:
Seruandis oculis, pectori & auribus
Conſtanti inuigilant ſolicitudine,
Hoſti ne pateat rimula quælibet,
Qua irrumpens animæ perniciem ferat:
Vix audent licitis ſe dare gaudijs,
Vix vllis hilares delicijs frui,
Tantùm mortiferas inſidias timent
Tam carnis propriæ, quàm Stygij gregis.
Corruptæ, heu, nimium carnis & improbæ,
Qua nulla eſt homini pernicioſior
Peſtis, ni ratio recta coërceat
Brutos indomitæ iugiter impetus.
Tantum ſpiritui patris, & impudens
Conatu vario conciliat mali,
Hoſti non metuens perfida ſubdolo
Furtim infirma animæ clauſtra recludere.
Quod cùm non lateat corda fidelium
Pulſantur meritò continuo metu

Veri

Veri Christigenæ, ne caro putida
Certam perniciem mentibus adferat.
Dum vecors hominum turba procacium
Indulget vapidæ carnis amoribus,
Lugent, & calidis fletibus ac prece
Implorant domini præsidium pij:
Hostem se memores vndiq; pessimam
Circumferre sinu: perdere quam nefas,
Cum nos illa tamen tradere gestiat
Sæuas Tartarei principis in manus.
Annon sunt igitur vel stolidissimi
Qui fraudes lemurum tælaq; non pauent,
Omni sed posita solicitudine
Indulgent epulis, lusibus & mero?
Eheu quàm miserè ad fœda piacula,
Lapsus multiplices, votaq; noxia
Impellunt vapidæ carnis amasios
Lasciuos, fragiles, instabiles, pigros:
Illi Cymmeria nocte sed obruti
Quantumuis animæ noxia & horrida
Vix inflicta sibi vulnera sentiunt,
Exultantq; malis sæpius & suis.
Marcescunt sterili, prôdolor, otio
Toti infrugiferis dediti ineptijs:
Et (ceu salua forent omnia) suauiter
Stertunt in proprio stercore desides.

Quin & si fuerit nemo molestior
Illos qui stimulis exagitet nouis,
Ipsi bella parant atq; faces sibi
Vltro ad nequiciam se quibus excitant:
Nimirum veterem cum petulantiam
Corruptæ foueant carnis inertia,
Iritent epulis uberioribus,
Crebris extimulent haustibus ebrij:
Cum toti ad Venerem præcipites, vagis
Inspectent oculis quaslibet obuias,
Cum frenum labijs indere nescij
Obscænis auide colloquijs vacent:
Vah corrupta, salax, cæcaq; natio,
Cuius digna tui commiseratio
Mentem corripiet? quis uc medebitur
Tot morbis animæ lætiferis tuæ?
Quis præstabit opem sponte ruentibus
In certum exitium? flammea nec feri
Hostis uel modicum tæla uolentibus
Euitare pia solicitudine?
Quisnam stulte tibi carnis amasie
Succurret precibus? quis bene consulet
Peruerso ac stolido? tu tibi maximus
Cum fomes, stimulus, causaq; sis mali?
Qui non uis hominum credere cuipiam,
Te blande moueat quamlibet, ut pedes

Alens

A læuo reuoces tramite deuios,
Hæc ſed diſsimules omnia pertinax:
Vni (ſi pereas) ipſe proin tibi
Immerſus Stygijs ignibus imputa,
Nilnon arbitrio qui facias tuo
Nullius facilis conſilium ſequi.

QVAM NOXIA SIT iuuentuti laſciuorum poëtarum lectio.

Cum ſint plurima quæ leui iuuentæ
Sunt occaſio grandium malorum:
Inter multiplices, & efficaces
Cauſas tot ſcelerum & periculorum
(Quæ longum foret arduumq; nobis
Paucis omnia verſibus referre)
Virus mortiferum graueſq; flammas
Immittunt animis minus pudicis,
Vanis, ac ſtolidis & inquietis,
Molles hendecaſyllabi, leueſq;,
Cum blandis elegis, amoribuſq; :
Quos laſciua ſolet Thalia culto
Tectos carmine publicis theatris
Cum plauſu & Venere exhibere multa.
Nec peſtis minor imminet petulcis

(Vel ſpurciſsima qui vorare gaudent)
A crebro ſale, ſed nigro refertis
Obſcœnis epigrammatum libellis,
Qui fœdiſsima quæq; verba & acta
Argutis nimis elegantibusq;
Non raro numeris ſolent crepare
Omni ſepoſito procul rubore:
Imò tam manifeſtè & impudenter
Impuriſsima perſonare ſtupra:
Multo tutius vt foret videre,
Nudòs currere virgini Lupercos
Vel floralibus intereſſe ludis:
Quàm ſi turpia ad haurienda flagrans
Scriptores relegat ſubinde tales.
Ah quam perniciem adferunt luemq;,
Quæuis turpia ad æmulanda pronis
Corruptis iuuenum ſalaciorum
Turbis peſtiferi id genus libelli:
Quales æthnica plurimos libido
Multa condidit inſolenter arte:
Hei quàm noxia, lubricis ephebis
Quàm damnabilis eſt & execranda,
Ardens lectio talium frequensq;:
Et (ne quid ſileam periculoſum
Quod pubi reor eſſe curioſæ)
Quanto conſpiciuntur actiones

Cum

Cum discrimine scœnicæ atq; damno
A stultis pueris salacibusq; :
Præsertim quoties palam impudicæ
Verba & basia, ineptiasq; amantûm
Aptis gestibus exhibent periti
Ad vivum artifices & histriones:
Vel cum putida scite & eleganter
Mentis vulnera cœcæ & hulceroſæ
Doctus carmine molli & expolito
Insculpit miseris poëta chartis.
Quam fœdas species imaginesq;
Putris nequiciæ hauriunt subinde
Incauti hinc iuuenes & insolentes:
Quæ non semina cogitationum
Prauarum, petulantium, impiarum
Istinc concipiunt, aluntq; venis?
Dum portenta legunt inusitata
Damnatæ Veneris, libidinumq;:
Exarsit quibus improbo furore
In sexus vetiti nefanda stupra
Effrenis petulantia æthnicorum
Horrendis Sodomæ inquinata flammis.
Hei quãti hinc stimuli atq; bella surgũt
Inuaduntq; animos libidinosos,
Ad turpissima quæque prouocantes
Mentem & corpora pubis otiosæ:

Vt iam non referam, quòd æthnicorum
Libri, carmina, fabulæq; grandi
Quæ pompa celebrant & apparatu,
Concinnisq; modis & arte multa
Saturnos, Cereres, Ioues, Mineruas,
Martes, Mercurios, Apollinesq;
Dum crebro & cupide nimis leguntur,
Quendam præcipitant in æthnicismum
Solertes animos quidem, sed omni
Supremi vacuos amore regis.
Res obnoxia cum proinde crebris
Sit flammis, stimulis, malis, periclis
Autores legere improbos leuesq;:
Hortor vos iuuenes, ad æmulanda
Quæuis turpia plussatis paratos,
Vt tanquam rabidi canis furorem,
Pestem mortiferam ac latronis antrū
Scriptores fugiatis impudicos:
Doctis quàmlibet, elegantibusque
Argutisq; epigrammatis & odis
Obscænos vapidi canant amores:
Cum vobis etenim calor iuuentæ
Carni spirituiq; permolestus,
Ferme plus satis adferat negoci,
Quorsum pertinet, obsecro, furenti
Aruinam inijcere & picem camino?

Sinulle

Si nullo focus excitante feruens
AEstu tam rapido occupat medullas
Vt vix ferre queam rebullientem,
Flammis arida ligna cur fouendis
Demens colligo congeroq; in ignem?
Hæc si intelligis ergo quot periclis
Sint obnoxia, qualibusq; scripta:
Quæso te fragilis salaxq; pubes
(Quæ nullo ordine, regula, modoq;
Seruato in studijs, calore cæco
Ad quasuis raperis statim vorandas
Nugas, somnia, fabulas, iocosq;)
Cur spurcos adamas facisq; tanti?
Tanquam numina cur colis poëtas?
Quòd sint carmine molliore blandi?
Imò sub nitidi coloris vmbra
Gaudes turpia lubricosq; amores
Ex scriptoribus æthnicis, venenum
Tanquàm fugere melle delibutum:
Si forsan temerarius videbor
Iudex esse tui seueriorq;
Dic quæso, mihi quod libens rogarim,
Quid tantum malefæriata gestis
Illos voluere iugiter libellos,
Qui solum numeris sonant canoris
Incæstam Venerem Cupidinemq;,

Faunos & Satyros, deûmque ſtupra
Infandiq; putres iocos Priapi?
Cum multos legere interim probatos
Autores liceat, nec abſq; fruge,
Quorum carmina nil docent petulcum.
Quid te impellere mentis ad ruinam,
Ac fœdiſſima multa imaginanda
Infœlix puer, oro, ſic anhelas?
Verſando toties poëticarum
Impuriſſima quæq; fictionum
Metro ſomnia ſcripta luculento?
Quorſum perdere tot bonas neceſſe eſt
Horas atq; dies, & aptiora
Fluxæ tempora diſſipare vitæ
In ſcriptoribus æthnicis, & omni
Plenis ſpurcitia? placere ſtultis
Ac blandirier improbè vt puellis
Diſcas ſtultior ipſe ineptiorq;:
Crebris ſiccine adhuc domande flagris
Mollis quid Venus, & putris Cupido,
Quid ſint baſia, lubriciq; amores,
Quid leno, & meretrix ephebe noſti?
Imò & crebrius iſta imaginari
Quàmuis turpia ſic iuuat puellum,
Hinc vt ſurgere ſentias pudendos
Non raro ſtimulos, magisq; ſemper

Exa-

Exardescere cogitationum
Ignitasq; faces, grauesq; turbas.
At dices mihi forsan, impudicum
Te nil quærere, molle vel nefandum,
Lasciuúmue leues apud poëtas:
Sed tantum studio moueri honesto,
Vt linguam polias, & eruditis
Ex autoribus vndecunque rerum
Verborumque queas parare multa
Insignem tibi lectione messem.
Audi, quid tibi replicem vicissim,
Vt te plenius ipse nosse discas:
Nullius tibi conscius latentis
Atro in pectore sit libidinosi es
Affectus, ab amore prorsus omni
Si liber vetito, nihilque turpe
Aut versas tacite, aut imaginaris:
Cur ergo toties, tam alacriterque
Scriptores relegis, colisque tales,
Qui vel decrepitos, graues, seueros
Blandis versibus, improbis, cyaedis
Desuetam ad Venerem excitent Cathones?
Cur scurrilia verba tam libenter
Audis & loqueris rubore pulso?
Infreneque oculos ad intuenda
Quæuis obuia libere, diuque,

Per

Permittis petulanter euagari?
Quinam fit, rogo, quod minus pudicum
Si quid videris ilico cachinnis
Totus diffluis? vtriusque sexus
Cur fixis oculis videre flagras,
Tam crebro & cupide tegenda membra?
Cur demum statuas, imaginesque
Nudas, & niueas, & elegantes,
Longum ac sepius intueri anhelas?
Idolis quibus occupata passim
Nunc sunt omnia, maximo impudico
Cum discrimine scandaloque pubis:
Tanto nunc opere artifex libido
Pictorum, statuariique certant
Nudas ingerere vndique & puellas
Et nudos pueros rubore nullo:
Nunc istinc iuuenis puerque tecum
Vecors collige (mentis vna sanæ
Si vel micula adhuc tibi relicta est)
Quantum desipias, & ipse demens
Quantorum tibi caussa sis malorum
Prima & maxima: dum velut rosetum
Læto gramine floscolisque vernans
Demens suspicis & libens pererras
Densis aspera sentibus rubeta:
Viroli in quibus occultantur angues,

Morsu inuadere semper & venenum
Atrum effundere in inscios parati.
Sed demus teneræ rudique pubi,
Vocum delicias & expoliti
Sermonis Veneres iocosque tanum
Quærenti ac lepidas vbique nugas,
Nil discriminis & mali imminere
A scriptoribus id genus petulcis:
At tu, qui nucibus diu relictis,
Iampridem puer esse desiisti,
Quo purgare potes colore apertam
Cordis nequiciam? quibusue fucis
Mentis vulnera? qui nimis libenter
Ardenterque legis, vorasque crebro
Impurissima verba sordidorum
Leuonum, meretricioque amores,
Obscænosque sales, ineptiasque
Scurriles, parasiticasque nugas,
Læuarumque dolos, & improborum
Fraudes, verbera, furta seruulorum
A scriptoribus ædita profanis?
Hæcte lectio tam frequens profecto
Et feruens satis arguit, fouere
Vulnus non leue fœculenti amoris
In venis: pariterque grandis ille
Ardor, quo raperis theatricarum

Ad

Ad ſpectacula lubrica actionum:
Quæ cum non modico impetu pudorem
Oppugnent iuuenum ac puellularum:
Ecquid gloriolas, ineptiasque
Luſus, baſia, nec ſatis pudicos
Geſtus, verbaque ſordida ac pudenda
Tam ſpectas auidè & libenter audis?
Si neſcis trahis hinc venena dira
Vſque ad pectoris intimas medullas,
Dum ſcœnis inhias, tuam nec ipſe
Ficta ſtultitiam ſub actione
Perſona alterius vides notari.
Sed iam ſufficiat per hæc petulcis
Languores vapidæ indicaſſe mentis,
Et ſe qualibus ingerant periclis
Qui paſsim omnia deuorare anhelant
Putris nequiciæ calore cæco:
At te (qui niueo pudore vernas
Vultus ingenui, indoliſque, ſpurcam
Exoſus Venerem Cupidinemque)
Paucis admonitum velim puelle,
Vt ſummo ſtudio, labore, cura
A cunctis caueas tibi impudicis
Libris, colloquijs, ſodalibusque:
(Si ſeruare diu integrum atque ſaluum
Florem virginei cupis nitoris)

Et ſic

Et sic tempora floridæ iuuentæ
Impendas studio artium bonarum,
Ac veræ pietatis institutis:
Vt cum excedere, fabula peracta
Vitæ mobilis & fugacis æui,
Mundi te istius anxio theatro
Summus iusserit autor & choragus,
Lætus plaudere, & exilire tristi
Ex hoc carcere iubilando possis:
Gaudens vberius, quod actionis
Perquàm difficilis labore tandem
Sis fœliciter omnibusque curis
Defunctus, nihil vt supersit vltra
Quod te lædere vel grauare possit,

IN DETESTABILEM consuetudinem ambulandi & fabulandi in templis.

CVm pax religio, pietas, reuerẽtia, honestas
Deceat supremi regis aulam & numinis,
Omnipotensque Deus Iudæis dixerit olim
Orationis est domus, domus mea,
Quas ego confusas voces, densosque susurros,
Fremitusque passim disonos hic audio?
In mediúmne forum veni, plenumque theatrum?
An inter aras versor & sacrarium?

Quis

Quid ſibi colluuies hominum vult iſta? locumq́
Cur multitudo tanta ad iſtum confluit?
Perpaucos certe duplicato hic poplite cerno
Orationes lachrymoſas fundere:
Sed mihi certatim vulgus proceresque videntur
Huc conuenire ad garriendum libere:
Num prata & campi non inueniuntur in vrbe,
AEdes vel amplæ, porticuſque & areæ,
Commode vbi liceat clero populoque ſubinde
Obambulare & otioſe colloqui?
Res indigna nimis, ſi quis caligine pulſa
Expendat huius dignitatem Eccleſiæ:
Qui (præcor) & quales ſunt hi, qnibus atria diũ
Differta tantis perſonant clamoribus?
Quod genus eſſe hominũ dicam? nũ ruris alũnos,
An in remotis educatos ſaltibus?
Sacra, fidem, ſuperos certe ignorare videntur,
Nec noſſe cæca mente factorem ſuum:
Vt qui vix vllum oſtendant reuerentiæ, honoris,
Pijque ſignum cordis in templo Dei:
Sed tanquam grauia ac perplexa negotia tractẽt
Iunctis mouentes brachijs parem gradum
Alter ab alterius dependent iugiter ore,
Vt verba captent, ac vicissim replicẽt:
Turmatimq; iterant crebros denſo agmine gyros
Vano & ſonoro perſtrepentes murmure:

Exa-

Examen dicas apium feruere per æstum,
Quod florulentos hortulos depascitur:
Dicite turba, precor, diuino cassa timore
In æde vobis hac quid est negotij?
Inclyta qui summi violatis templa monarchæ
Vestris profanis ambulationibus:
Omne genus nugas quos huc caussasque forenses
Adferre cogit impudens audacia:
Quodq; nefas summũ nec tũc requiescitis, hymnos
Psalmosq; clerus mysticos dum concinit:
Immo nec illa sacris quando peraguntur in aris
Ipsis tremenda & angelis mysteria:
Regis in ætherei quid munda quæritis aula?
Cur tam frequentes, obsecro, huc accurritis?
An nusquàm locus ad gerras patet aptus inanes
Nisi inter aras & sacella cœlitum?
Non venit in mentem Christi venerabile corpus
Argento & auro splendidum hic seruarier?
Exhibet angelicus cui mirum cœtus honorem,
Astantq; sancti cum tremore spiritus:
Quare ergo toties summi penetralia templi
Contaminati non timetis ingredi?
Nec prauas mentes maculosaq; pectora terret
Reuerenda tanti numinis præsentia?
Quare in conspectu superũ magniq; tonantis
Rebus vacare vos nefandis nil pudet?

Quid

Quid non audet enim proferre hic futile vulgus?
Aut quid malorum garruli non efferunt?
O vtinam tractent mundana ac friuola tantum,
Horaſque ſolis fabulis perdant bonas,
Non obſcœua etiam crebro atque infanda petulci
(Effutiendo libere omnia) euomant,
Qui paſſim ad facies torquẽt & membra venuſta
Oculos procaci ſordidos libidine:
Fœdaque in abſentes conuicia ſpargere gaudent,
Virusque cordis peſtilentis fundere:
Quique philargyriæ ſuccenſi pectora flammis,
De prorogandis colloquuntur litibus:
Vt plures ſemper poſſint corradere nummos
Auroque vulgus imperitum emungere:
Eheu quàm malus eſt mos ac damnabilis iſte,
Quam vile, fœdum, & impium ſpectaculum.
Coram relliquijs diuorum & corpore Chriſti
Studijs pudendis occupari & noxijs:
Non pudet inſani tam ſancti numinis edem
Vile in theatrum vel lupanar vertere?
Seu iuxta Domini vocem, mutare latronum
Specum in cruentam tecta regis gloriæ?
Quid ſacra turbatis ſtolido clamore, moleſti
Superis, Deóque, & omnibus verè pijs?
Num vultis Chriſtum fortaſſe expellere templo?
Suiſque diuos effugare ſedibus?

Prô

Prò, ſcelus horrendis plagis & fulmine dignum,
Fieri iſta paſsim, iugiter, liberrime:
Si quid adhuc ſapimus fratres melioribus actis
Nos occupemus patris æterni in domo,
Sancta Dei memores precibus templa eſſe dicata,
Lachrymis, & hymnis, ac ſacris myſteriis,
Non vanis mundi nugis, rebuſque profanis,
Negotijſque turbulentis ſæculi:
Non decet in templo domini contendere verbis,
Grauem vel eſſe cuipiam mortalium:
Exercere nefas oculos quod poſsit & aures
Superûm, Deique, vel piorum offendere:
Longe hinc obſtreperum vulgus, veſtæq; forēſes,
Procul ſatores litium faceſsite:
Non licet hic quēquàm turbare, vel eſſe moleſtū
In ius trahendo dum ſacris intenditur.
Scilicet iſte locus populi eſt communis aſylum,
Placidiq́ue regis aula pacatiſsima:
Nō ſinet hoc dominus (mihi credite) crimē inultū,
Suiq́ue tantam iniuriam palatij:
Qui nullum paſſus vas eſt transferrier olim
Per ampla templi cum doceret atria:
Formidate proin, nèquando verbere duro
Vos à paternæ pellat ingreſſu domus,
Qui Solomoniaca cum mercibus expulit æde
Illic auaris deditos commercijs:

Quicquid colluuies faciat promiscua vulgi
Exosa frenos iuris, & legum inscia,
Saltem vos pudeat mystæ, templique ministri.
Omnesque ad vnum Ecclesiastici viri,
Praua sequi cœcæ ac stolidæ vestigia plebis,
Pilo nec esse sanctiores cæteris:
Communi populo quos prælucere decebat
Pietate multa, candidisque moribus:
Nam capitis quid rasus apex? quid linea vestis,
Quid honestioris longitudo pallij?
Quid, nisi contemptum mundi, vitæque nitorem
Mystisque dignam sanctitatem clamitant?
Quam nisi conamur syncæra prodere vita
Externa nobis ecquid illa proderunt?
Est opus vt vera studeat pietate nitere,
Qui se ministrum comprobare vult Dei:
Nox sed quãta premit carnalis pectora vulgi,
Vbi & ipse clerus in tenebris ambulat.

QVID AGENDVM SIT IN ædibus sacris.

Hospes ad hoc quicunque venis pulchrum, atque decorum,
Magnificumq; Dei, sanctum, ac venerabile templum:

Sis

Sis memor imprimis ſummi quòd munda ſubintras
Tecta Dei, & magni ſpecioſam numinis aulam:
Ne pecces igitur, loca ne ſacrata profanes
Sint procul hinc riſuſque leues, oculique petulci,
Diſcurſus, ſtrepitus, mundana negotia, nugæ,
Murmura, clamores, rixæ, ſtolidique cachinni:
Ne merito dominus iuſtam exardeſcat in iram
Offenſus grauiter morum improbitate tuorum:
Quàm ſacras etenim violari non ferat ædes
Oſtendit Chriſtus, dum templi limine ab ipſo
Correpto exegit venalia cuncta flagello,
Acriter increpitans vendentûm vulgus auarũ.
Diuitis inde Dei ne caſsis greſsibus arcem.
Ingrediaris inops veniens, vacuuſq; recedens,
Mordaces abigens turbati pectoris æſtus,
Ante fores totum quantum potes exue mundum
Cum fumis curisque ſuis, vanoque tumultu:
Vt mundas offerre preces ſyncæraque vota,
Ac totum dare te Chriſto ſacrisque vacare
Liberius valeas, cunctis à corde repulſis
Quæ quocunque modo poſsint obſtare precanti:
Corporis inde genu flectens reuerenter vtrumq;
Iſtius excelſi ſupplex & pronus adora
Immenſum templi dominum, cœliq; monarchã:
Teſtari incuruo poſsis vt corpore, prorſus

Te nihil esse tuo coram Dominoque, Deoque,
Quàm vilem terræ vermem, cineremq; lutumq;.
Conscius hinc tibi multorũ grauiũque malorũ
Fige solo mœstos oculos, durumque frequenti
Tunde manu pectus, quasi detesteris ab atro
Quicquid & impuro processit corde pudendum:
Expensaque graui vitiorum mole tuorum
Offensum toties dominum placare labora,
Multiplicans querulasque præces, lachrymasque
profundens:
Inde pio voluens animo, quòd mitis Iesus
Factus homo in mundi tenebras descenderit huius
Vt peccatores ad se cœlumque vocaret,
Erige cum manib⁹ cor mœstũ & lumina sursum:
Sublatisque oculis ad passi vulnera Christi,
Transfossumque caput spinis, laniataque membra,
Dic plorãs, vel amara trahens suspiria saltem:
Fons vitæ, flumen veniæ, dulcedinis æquor,
Inclyta Dauidis soboles mitissime Iesu,
A probris auerte meis sanctissima quæso
Lumina, corrupti quibus inspicis abdita cordis,
Innumerasque animæ sordes & crimina dele:
Figmenti miserere tui, nec despice quamuis
Ignauum & nequam seruum: piger atq; rebellis
Fictori licet vsque suo se fecerit omni
Indignum venia, meritus durissima quæque:

Ne pre-

Ne, precor, abiectum truculento trade leoni
Torquendum æternis damnato cum grege pœnis:
Sed tua dignetur pietas abstergere sacro
Quicquid contraxi culpæ labisque cruore,
Quem non contentus guttatim emittere nobis
Purgandis, fluidos voluisti effundere riuos:
Da mihi largitor cunctorum immense bonorum
Sic detestari, deplangere, rite fateri
Sic vitam emendare meam, sic perdita flere
Tempora, vt endromydē maculosam, hominisq; ve-
Centonem exutus, tua per vestigia vitæ (tusti
Angustum callem ingrediar, qui ducit ad astra:
Complue diuino squallentia pectora rore,
Virtutum vt segetem cœlesti imbuta liquore
Maiori possint semper producere fructu.
Hæc ita vel mentis vel corporis ore precatus,
Aut siquid melius dominus tibi suggeret istis,
Frigida diuino si nondum accendier igne
Pectora sentiscis (nisi sit properare necesse)
Sic gelidus noli, vel desolatus abire:
Exemplo nostri sed regis doctus eosdem
Sæpius ingemina planctus, lamenta, precesque,
Auxilioque voca diuos Christique parentem,
Donec scintillare nouum tibi senseris ignem:
Peccatis nec enim pleno decet esse molestum
Si non ad nutum mox exaudirier orans

Effusis etiam lachrymis plangensque mereris:
Vnicus ille Deicum filius, vnica patris
Gloria, splendor, amor, speculum, sapientia, virtus
A se ter calicem tolli rogitarit amarum,
Ante sacer cœli quàm nuncius arce veniret:
Perstiteritque orare patrem, durum inter agonē
Donec sudaret guttas riuosque cruoris.

At si vel properas, vel crescere tædia sentis,
Pellere nec possis ignauum pectore frigus,
Nec sic desspera: sed quàmlibet arida corde
Ex gelido mœrens offer tua vota Tonanti:
Indignumque omni reputans te munere diuūm
Amplius hoc vilesce tibi, quo maior inertis
Torpor corda premit, vel tunso pectore surgens
Orandi studium meliora in tempora differ:
Commodior quando sese offeret hora, dieque
Qua possis liquidā velut vndam, effundere totū
Cor coram Domino plāgens vlulansq; gemensq;:
Interea crebros gemitus excire, breuesque
Disce subinde preces iaculari, ac feruida vota
Sublatis in cœlum oculis velut ignea tæla:
Semper ad hoc quanto potis es conamine nitens,
Vt castam casto seruans in corpore mentem
Esse Dei viui merearis amabile templum:
In quo dignetur gratam sibi figere sedem,
Crebra suo infundens thalamo preciosaq; dona:

Quod

Quod cito vt ipſius nanciſci munere poſsis,
Vana hominum grandi fugiens conſortia cura
In tacitis conſueſce locis, proprijque cubilis
Seceſſu, placidi factoris quærere vultum:
Omnia præſertim per grata ſilentia noctis
Dum pigro depreſſa iacent animantia ſomno:
Pauperiemque ſimul miſeratus plæbis egenæ,
In varios turbæ pannoſæ ac debilis vſus
Non parca contende manu diſpergere nummos:
Vt tibi mittat opem pietas diuina viciſsim
Cuius ſunt curæ miſerique inopeſque relicti.
Crede mihi, ſummi promiſsis crede Tonantis,
Munifici ſi preſtiteris pulſare gemendo
Principis ad portam, multo cum fœnore tandem
Quod petis accipies: tibi vel quod nouerit ille
Vtilius, vigili qui præuidet omnia mente,
Et pro iucundis conferre ſalubria gaudet:
Tu tantum longi ne frangere mole laboris
Ad nutum ſi non ſuccedant omnia primum,
Votaque cogaris ſupplex iterare preceſque:
Vileſcant etenim ne cœlica munera nobis
(Si modico fuerint vel nullo parta labore)
Sæpius omnipotens in idonea tempora differt
Quæ dare conſtituit nondum poſcentibus vltro.
His breuiter monitus nũc ad tua perge viator,
Et teſi quicquã recte admonuiſſe videtur,

Autorem domino commenda carminis huius,
Vt facere ipse prior diuino munere possit
Quæ tibi præscripsit studio peragenda fideli:
Et quoties sacram post hac intraueris ædem
Collapsos passim tumulos & marmora calcans,
Sis memor afflictos manes recreare precando
Quos alio lentis Deus expiat ignibus orbe.
Vt tibi defuncto prodesse oratio possit
Illorum viuos quos post tua fata relinques.

VBI ET QVANDO quærendus sit dominus.

QVandô sacer nos admonet
Dominum propheta quærere,
Hic inueniri dum potest,
Et vita nobis suppetit.
Exposcit eius dignitas,
Fructusque noster multiplex,
Necessitasque non leuis
Hoc exequi ipsum strennue.
Oportet illum serio
Animoque grandi quærere,
Qui rite se inuocantibus
Est omnibus iam proximus.

Digitized by Google

In mentis intimum ſuæ
halamum vocare qui ſtudent
um ſubinde & ſerio
entes, gementes, anxij:
Quid ſomnolenti, ac tabidam
arnem fouentes molliter
am frigide atque ſegniter
roq; Ieſum quæritis?
Quia præuenitis impigre
rgendo Phœbæum iubar?
um conditorem iamdiu
audare volucres cœperint?
Erras inepte ſi tibi
aſciuienti in mollibus
lumis Ieſum exiſtimas
acrúm ve flamen adfore:
Non in tepenti lectulo,
lugis, cachinnis, luſibus,
pulus, meroq; & otio
ux inuenitur martyrum.
Qui forma pœnitentiæ
idelium factus gregi
cerba quæq; iugiter
mplexus eſt præ commodis:
Teſtatur vt præſepium,
yberna nox, pannirudes,

Carnisq; circumcisio
Flagella, plagæ, & mors crucis:
Quónam ergo pacto gaudeat
In rebus illis, quæ puer
Iuuenisq; verbis & opere,
Vitaq; damnauit sua?
Nihil moratur futiles
Stolidosq; mundi amasios,
Oditq; somno & crapula
Multoq; vino marcidos:
Lasciuiam potissimum
Sed carnis horret putidæ,
Nec inuenitur in solo
Suauiter viuentium:
Ad se rediri qui docet
Per spiritus modestiam,
Frequensq; per ieiunium,
Luctumq; amarum & lachrymas.
Gaudetq; pœnitentiæ
Inter salebras anxio
Labore quæri, & in crucis
Duro inueniri stipite.
In quo suos plenissimam
Voluit quietem seruulos,
Pacem, salutem, gaudia;
Cibumq; mentis quærere.

Opus

Opus est proinde vt arduum
er dexteræ callem viæ
um sequamur, qui prior
dcauit arctum tramitem.
Calcauit & viriliter
gressus est crucis viam,
ngustias nec horruit
bire mortis asperæ.
Hic ille dux fidissimus
i nos potenti robore
seruitute AEgyptia
brum per æquor transtulit,
Vt de tenebris erutos
liginosi sæculi
c dæmonis tyrannide
rducat ad regnum patris:
Terramq; ad illam nobilem,
omisit olim quam suis
m crebro seruis in typo
eus Abrahami filijs.
A seruulis proin suis
meri amariq; vnicè
nus meretur, nos monens
a subsequi vestigia:
Hoc est, pudicos, sobrios,
lites, benignos, simplices,

Vigiles

Vigiles, pioſque nos volens
Habere ſemper aſſeclas:
Vt qui fidem, modeſtiam,
Pudorem, & innocentiam,
Pia vota caſti pectoris,
Et charitatem diligat.
Nunc vt ſciamus congruum
Quod maxime tempus ſiet,
Quo poſsit inuenirier
Spes noſtra, virtus & ſalus,
Per bibliorum floridos
Circumferamus hortulos
Ac geſta ſanctorum patrum
Non otioſa lumina:
Ego vt eloquar compendio
Animi mei ſententiam,
Duo tempora hæc præ cæteris
Quærendo Ieſu aptiſsima:
Per noctium ſilentia
Precibus amica & luctui
(Teſtantur vt vates ſacri)
Potiſsimum quæri cupit:
Vel mane primo lutea
Aurora dum rubet polo,
Humana quando maxime
Mens ad precandum idonea:

Laborat

Laborat ergo ardentibus
Quicunq; votis, vnicum
Vt spiritus tandem sui
Queat inuenire gaudium,
Assuescat ante splendidum
Solaris ortum lampadis
Præoccupare laudibus
Faciem benignam altissimi.
Stratum relinquens impigre
Dum conticescunt omnia,
Medijs tenebris noctium,
Dubióve sub crepusculo:
Pressi sopore dum canes
Tacent, nec vllus obstrepit
Sonitus precanti, libere
Mens exerit dum vim suam.
Quod plene & efficaciter
Vt ægra possit, crapulam
Fugere necesse, sobrius
Cœnando perfunctorie.
Ne corpus oppressum cibo
Potuque largioribus,
Pigro sopore flaccidum
Fido recuset surgere:
Hæc ergo sacris, & piis,
Cœlestibusq; maximè

Dicanda

Dicanda nobis tempora
Sunt occupationibus:
Ignaua quando mollium
Adhuc inerti corpora
Torpore ſtertunt obruta,
Mentesq; languidæ iacent:
Vt namq; ſub diluculum
Ros decidit gratiſsimus,
Diuinus imber non ſecus
Tum profluit largiſsimè,
Cœleſtis inquam, gratiæ
Ros, qui piarum mentium
Suſpenſa cœlo pectora
Solet irrigata paſcere:
O quàm frequenti gaudio
Grex hic puſillus & pius
Inebriatur, nemine
Quid fiat intus conſcio.
Non vuidus ſane mero
Quod cor ſepultum ſubruat,
Sed recreatus nectare
Incognitæ dulcedinis:
Hoc manna nempe abſconditũ
Ignota mundo ſuauitas.
Quam ſe timentibus Dei
Benignitas nunc influit.

Fœlix

Fœlix Ieſum in intimo
Qui cordis inuenit ſinu,
Et inuocatum ſæpius
Adeſſe iam ſentit ſibi.
Accenſa nimirum gerens
Amoris igne pectora,
Et delibutus vnguine
Longe omnium dulciſsimo:
Quibus ille brachijs ſuum
Deum, patremque amplectitur!
Quas auribus ſponſi ingerit
Preces, querelas, iubila!
Quantum bonorum & cœlica
In abdito dulcedinis
Sentit receſſu pectoris,
Quali redundat gaudio:
Quàm cœcus ac miſerabilis
Inſanus iſte mundus eſt,
Quantisque digni opprobrijs
Quotquot ſequuntur perfidum.
Qui ſic inhærent mordicus
Umbris, tenebris, ſomnijs,
Fugisq; nugaciſsimis,
Et vera neſciant bona
Et quo ſuorum ſpiritus
Confortet hic viatico,

Qua mulceat dulcedine
Fidos Iesus seruulos,
Ipsi sopore dum graues
Sertunt supini in lectulis,
Cura occupati hac vnica,
Vt molliter curent cutem:
Sibi ve vt illicis parent
Vim maximam pecuniæ,
Amplis ve clari honoribus
Colantur vt dij terrei,
At interim qui turpiter
Errauit à recto hactenus
Veræ salutis tramite,
Redire non dignabitur?
Diuina cum benignitas
Expectet vsq; desides,
Frequenter ac blandissime
Ad pœnitentiam vocans:
Ah. Christianos non decet
Ingratitudo tam grauis,
Vt obstinato pectore
Sacro resistant flamini:
Vertamus ergo ab omnibus
Vanis, caducis, sordidis,
Nos occupationibus
Fluxiq; curis sæculi.

Vt in-

Vt inuenire in abdito
Suo cubili & regia
Possimus immensum Deum,
In arce mentis intima.
Quæ longè ei gratissimum
Conclaue, templum, lectulus,
Modo pura ab omni crimine
Illum frequenter expetat.
Vt sola quæ summi boni
Capax sit atque numinis,
Facta & refecta ad inclytam
Imaginem plastæ sui.
Hanc ergo in ædem spiritus
Cœli benignum principem
Frebrò vocemus, vt ferat
Opem petitam imbellibus.
Pandamus illi sedulo
Per amara nunc suspiria
Animi dolores anxij,
Nunc iusta vota lachrymis.
Nec erubescat quamlibet
Malus, profanus, impius
Agnoscere errorem suum
Et confiteri exactius.
Contendat hinc coram Deo
Frebris madere fletibus,

Ostendat vt non segniter
Odisse se nefas suum.
Nonnullus est enim gradus
Ad saniora, agnoscere
Se prorsus esse inutilem
Nudumq; sanctimonia:
Inde ampliorem iugiter
Desiderare gratiam,
Precibusq; crebris poscere
A filio æterni patris:
Qui dives esset cùm Deus,
Mortalium pauperrimus
Nasci voluit & viuere
Ditaret vt nos affatim.
Collaudet illum perpetim
Cœli soliq; machina:
Qui cum parente & flamine,
Viuit, triumphat, imperat.

MEDITATIO matituna.

POstquàm sopore congruo factum satis
Necessitati corporis,
AEquum profecto est vt vicissim gaudeat
Mens illecebris iam suis:

Frequensq;

Digitized by Google

requensq; galli cantus excitat pios,
Tepidum vt relinquant lectulum:
Domino offeratur iustus vt cultus Deo
Sub lucis ortum floridæ:
Hæbæa lampas ne iacentes opprimat,
Damnetq; somnolentiæ:
Decet fideles, strenuosq; (quis neget?)
Magni Tonantis milites
Olem canoris præuenire laudibus,
(Vt rex prophetes admonet)
Ristatus ales sæpius quos prouocat
Plumas tenaces linquere,
Cantu diei lumen esse proximum
Alacriori nuncians.
In patris ergo, filijq; nomine
Surgens, & almi flaminis,
Offerre gratas celsitudini tuæ
Laudes & hymnos gestio:
Immense cœli syderumq; conditor,
Terræq; rector & maris,
Agoq; qualescunq; possum gratias,
Meritis sed impares tuis:
Ad lucis huius peruenire exordium
Famulo dedisti qui tuo
Post tot pericla mentis atq; corporis,
Grauesq; lapsus & mala:

Quibus inuolutus hactenus creberrimè,
Aut proximus certe fui:
Dignare cordi gratiam, precor, meo
Tam copiosam infundere,
Vt sorde ab omni liber & piaculo
Hunc transigam sacrum diem:
Tuoq; honori gloriæq; seruiant
Hodie ac diebus omnibus,
Te digna si quæ cogitabo vel loquar
Studijs vel exequar pijs.
O fons & æquor omniũ charismatum
Animo tepenti illabere,
Laudare possit alacer vt te spiritus
Succensus igne cœlico,
Qui prorsus omni me exuat rubigine,
Torpore, labe, ignauia:
Mens repleatur mystica pinguedine,
Vt lingua plaudens te canat:
Celebrare miro ardore cuius gloriam
Nunquam grauantur angeli.
Verum quid ista vult sibi socordia
Torporq; mentem deprimens?
Quò perget vsq; marcidum somno caput
Tot occupari somnijs?
Aut quis frequenter oscitandi ac turpiter
Tandem futurus est modus?

Heus

Digitized by Google

Heus ſomnolentum corpus expergiſcere
Téque ad precandum accommoda:
Studijs vacandum ſpiritus, non lubricæ
Fouenda carnis inertia:
An multa neſcis ordine ex monaſtico
Vtriuſque ſexus millia
Cecinisſe Pſalmos iam duabus vel tribus
Horis ſuperno principi?
Mediæq; noctis opaca per ſilentia
Laudaſſe factorem ſuum:
Dum tu quiëſcens mollia inter linthea
Placidum ſoporem carperes?
Faceſſat ergo torpor, expergiſcere,
Nebulasque vanas excute,
Clauſos cerebri quæ meatus occupant
Vinctamque mentem obnubilant.
Sed quid profundam certo ſomnolentiam
Labore pellere irrito?
Ad effugandam carnis hãc grauedinem
Aliò expedit concedere:
Superare quandô vim ſoporis non datur,
Deambulandum cenſeo.
Eamus ergo ad ruris arua proximi
Vario decora germine,
Oculos leuantes ad planetas igneos,
Tremulasque ſyderum faces:

Vt intuendo ſplendidos cœli globos,
Agrosq; pictos floribus
Senſim ad ſupremũ mẽs feratur opificem,
Speciosa per vestigia
Impreſſa paſsim rebus à te conditis
Lux noſtra Ieſu & gloria:
Indigna namq; Chriſtiano vanitas
Recreare tantum lumina:
Vt imperitum vulgus & craſſum ſolet,
Canesque per campos vagi:
Nec in creatis conditorem agnoſcere,
(Ametur vt feruentius)
Tam multa quum mortalibus ſint obuia
Terra mariq; iugiter,
Incomprehenſam quæ Dei potentiam,
Populis loquuntur omnibus.
Quàm dulce, ſummomane dũ crepuſculis
Cantu volucrum perſonat,
Aerq; grato mordet arua frigore
Aurisq; blande vrentibus,
Operta largo rore prata, ac fertiles
Campos, & hortos viſere:
Et ambulando rura per patentia
Pio intueri lumine,
Nunc candicantis aſtra cœli, nunc opes
Terræ comantis ac decus:

En qua

Digitized by Google

refulget claritate lucifer
ntia inter ſydera,
quorum languidas ſenſim faces
ellit euaneſcere,
ubentis ætheris gratiſſimæ
ore tingens purpuræ.
enebras noctis vt ſcintillulans
is ore candido fugat,
ſ; ſemper albicãs magis et magis
ſſe ſolem nunciat:
ecorum lumen alta montium
verberat cacumina:
oruſca vt prodeuntem lampade
m intueri fixius,
ſedere aliquandiu ſub arbore,
prima fiet obuia,
bmoleſtus ambulanti ros cadit
c denſior cœlo fluens:
ſurſum mens quieta facilius
ſcendat ad Deum ſuum:
ditorum mole, pulchritudine,
uœnitate, & commodis,
rrimoq; temporũ & rerum ordine
ndam erigens ſcalam ſibi,
ã gradati ad optimi ac térmaximi
um monarchæ tranſeat.

Quàm gratus ordo congruusque temporum,
Mirabileſque ſunt vices:
Serie vt recurrunt certa & immutabili
Legeſque ſeruant priſtinas
Autumnus, æſtas, bruma, ver, nox, & dies,
AEſtus, tenebræ, frigora:
Ad nos viciſsim conſtituto vt tempore
Miriſque prouolant modis,
Imbres, procellæ, ros, pruina, grandines,
Gelu, niueſque & fulmina:
Quàm blanda Veris iam ſerena carpimus
Tot horridos poſt turbines,
Hyemisque acerbæ luridam caliginem,
Frigusque triſte & aſperum:
Pellens moleſtas noctis ignauæ moras,
Brumæque inertis tædia,
Amœna nobis tempora, & longos dies
Veris refert benignitas:
Axemque vertens rurſus ad nos igneũ
Radiosque ſol amabiles
Effœta terræ viſcera arcana facit
Virtute fœta & florida:
Quæ nix, pruina, geluque deformauerãt
Boreæque frigus aduſſerat,
Afflata lenis ſpiritu Fauonij
Repullulaſcunt omnia,

Nitet-

: tellus floſculis gratiſsimi
s & fragrantiæ:
a nondum fronte rupta liberi
t iuuenci & curſitant:
ue amœnis in viretis hinnuli,
que & agni ſimplices:
nulto graminis ſmaragdini
e rident paſcua:
e ſyluæ rurſum amictæ frondibus
ana paſcunt lumina,
lucrum perſonantes iubilis
que blande diſſono:
aue carmen replicant tot alites,
inumq; corda recreant:
r illas acre certamen putes
concinant dulciſsimè:
que quænam cæteras vincant foret,
tus tot inter tinnulos,
omelæ amabiles excellerent
es canoro gutture:
a tantam poſſe vocem erumpere
am puſillis artubus:
quid non artifex mirabile,
bſolutum condidit?
otenti facta verbo ſunt ſemel
cunque mundus continet:

Opus

Opus ista summi numinis sunt omnia
Quæ blandiuntur iam pijs:
Imò fruenda quæ benignus dat malis
Bonisque nunc promiscuè:
Hortique nobis illius amœnissimi
Placidam ingerunt imaginem,
Primo colendum quem parenti credidit
Deus recenter condito:
Simulque nos meminisse cogunt maximi
Ac flebilis dispendij,
Infausta proles hactenus quo ringitur
Ob crimen & noxam patris.
Heu triste damnũ, vulnus ô grauissimũ,
Quo perdidit nos Lucifer:
Non iste tanto qui nitore splendicat,
Postremus excedens polo:
Sed machinator fraudis omnis & mali
Carbone quouis atrior:
Qui per colubrum lubricis captam dolis
Seduxit Euam mobilem,
Et illecebris inde fractam vxorijs
Pessum dedit mentem viri:
Amboque summis exuit postquam bonis
Fecit simul miserrimos,
Cum stirpe tota reprobæ propaginis
Ad sæculi vsque terminum:

Eheu,

voluptas illa momentanea,
dóque excellentiæ
e nobis vnius morsus breuis
attulit dispendia:
it inde pestis ad nos pessima,
usque præsentissimum
veneno reguli nocentius:
brum quod infecit genus,
ressionis propter antiquæ scelus,
nes trucidans posteros:
que patris pignora infelicia
tiplici inuoluens malo:
a namque nos ineuitabilis
ssitas mortis premit,
s ligauit vinculo immutabilis
entia irati Dei:
ter huius exili ærumnas graues
is ferre passim cogimur,
alis dote rectitudinis
liati & innocentiæ,
nne proni crimen & nefas sumus
dònon ab incunabulis:
aque pleni nocte & ignorantia,
nauiaque deside,
iaque, affectibusque noxijs,
uore, fastu, hypocrisi:

In

In hunc retrusi carcerem cum vilibus
Stupidisque bestijs sumus:
Et vita nobis ista tot parit graues
Curas, labores, prælia,
Angustiasq; cordis, & molestias,
Morbosque, & ægritudines,
Vt tum beatos arbitrentur se pij
Optata cum mors venerit:
Iactura sed nos illa dum miserabilis
Iusto dolore commouet,
Emersit ecce lucidum cœli iubar,
Micantium fax syderum,
Splendor diei, gloria, ac iucunditas,
Oculusque mundi & gaudium:
Optatus (inquã) solis orbis flammei,
Vultu decoro prodijt:
Soleteè cubili comptus vt sponsus suo
Alacriter procedere:
Properatque fortis vt gigas, ac strenua
Velocitate nobilis
Immensam Olympi machinam breuissimo
Perambulare tempore,
Intra diei vnius & noctis moras,
Terras & æquor ambiens:
O quam decorum vas & admirabile
Est sydus istud igneum,

Fla-

uſco terram & æquor lumine
re quod non deſinit:
rofecto corpus elegantius,
ius, preſtantius
er illa mundialis fabricæ
piritu & ſenſu carent:
atioſa, amabiliſque ſol tua
t & ingens claritas,
quanto ſplendor iſte eſt vſui
que animantibus,
mundi quæ vagãtur climata
que ſulcant flabiles:
ta nobis, vtilisq; & cõmoda
:erna nobilis,
re terrã & aër non poteſt
luce, influxibus:
bris noctis vmbrã eliminans
educis lucidum:
erræ germina ac fœtus fouẽs
nia repubeſcere:
i tu iubar, fons luminis,
lerum, mundi decus:
nter plurimas quas contulit
largitas tibi,
lla ſol eſt gloria
ue dignitas tua:

Cœlos

Quòd conditoris inclyti mundiſsimum
Speculum es, typusque nobilis:
Ex quo doceri luculenter poſſumus
(Niſi ſtupidi prorſus ſumus)
Quàm glorioſus, quàm decorus, quàm potens
Rerum ſit autor omnium:
Qui claritate tam coruſcæ lampadis
Illuſtrat orbem iugiter:
Hæc ergo diſce crebro mens reuoluere
Ac ruminare exactius:
Et euagata libere per aëra
Cœloſque & arua iamdiu,
Ad temetipſam ſerio tandem redi,
Cunctasque vires exere:
Vniri vt illi corde poſsis igneo
Qui terram & aſtra condidit:
Feciſti abundè curioſis auribus
Oculisque poſtquàm iam ſatis,
Meditare tecum quo decore fulgeat
Ille omnium pulcherrimus
In arce ſumma, & aureo palatio,
Suæque templo regiæ:
De cuius eminente pulchritudine,
Et luce inæſtimabili
Sol, luna, ſtellæ (more vt humano loquar)
Coguntur obſtupeſcere:

Flagrat-

q; miro ardore cœli ſatrapæ
que diuorum chori,
uſtam, amabilem, dulciſſimam
m intueri iugiter.
ol eſt ſcilicet clariſsimus,
luſtrat vnus omnia,
que viuunt, ſentiunt, intelligunt,
s, alites, piſces, feras:
a corda ſed peculiariter
penetrat lumine,
ipſum noſſe ſemper pleniùs
o diſcat ac Deum ſuum,
; igne ſpiritali mens pia
o amore ferueat,
endum lucis æternæ iubar
euolare geſtiens.
rinceps rurſus eſt fortiſsimus,
imus, termaximus,
ſit orbis pulchritudo & gloria,
raudium, iucunditas,
; mẽtibus ſemper virens,
q; fructu exuberans,
iores longè habet vernantibus
iarum in hortulis
herbas, vlla quàm viridaria
uîs amœna proferant:

Violas

Violas modesti nempe fragrantissimas
Gratissimasque spiritus,
Tacitaque mentes sanctitate floridas
Quæ diligunt nescirier:
Habet rubentes & rosas feruentium
Amoris igne cordium,
Quæ charitatis tantus ardor occupat
Vt æstuent & langueant,
Fusique pro se vindici flagrent suo
Vices cruoris reddere:
Habet & venusta castitatis lilia
Candore blando quæ nitent:
Intacta nempe virginum collegia
Nitidosque cœlibum greges:
O laude dignas perpeti illustres rosas
Halantibus cum liliis:
Quàm suaue spirãt horti & arua, taliũ
Vbi floscul orum est copia:
Oblectat istis in vireto Ecclesiæ
Se sponsus illis floribus,
Cuius rosarum in purpura, sanguis rubet
Ardentis instar muricis,
Niueumque corpus puritasque candicat
In liliorum albedine,
En quàm decorus, gloriosus, amabilis,
Diues, potensque mens mea

Est

ɔstri amator ardentiſsimus
nptor & plaſtes tuus,
uorum qui fidem ac fiduciã
dit ʋſque cordibus,
piorum dote cœleſtis ſpeì
óque amore roborans:
eli machinam qui circuit
rocas ſeruans ʋices,
e quanquàm fulget admirabili,
ouit occaſum ſuum,
umque deputatus ʋſui
re mundo cogitur.
ſolis omniumque conditor
s ʋiciſsitudinis,
ur ʋnus liberè ac pleniſsimè,
ʋaſtus orbis continet:
ata nutriens, ſeruans, fouens,
nsq; pro nutu ſuo.
go cœli & angelorum principem,
ique ſplendidiſsimum,
ulla nubes, nulla caligo poteſt,
ox opaca obtundere
grandi cordis affectu ſtude,
enter illi ſeruiens,
ritate te prior ineffabili
cit ingratiſsimam

Violas modesti nempe fragrantissimas
Gratissimasque spiritus,
Tacitaque mentes sanctitate floridas
Quæ diligunt nescirier:
Habet rubentes & rosas feruentium
Amoris igne cordium,
Quæ charitatis tantus ardor occupat
Vt æstuent & langueant,
Fusique pro se vindici flagrent suo
Vices cruoris reddere:
Habet & venusta castitatis lilia
Candore blando quæ nitent:
Intacta nempe virginum collegia
Nitidosque cœlibum greges:
O laude dignas perpeti illustres rosas
Halantibus cum lilijs:
Quàm suaue spirat horti & arua, talium
Vbi floscul orum est copia:
Oblectat istis in vireto Ecclesiæ
Se sponsus illis floribus,
Cuius rosarum in purpura, sanguis rubet
Ardentis instar muricis,
Niueumque corpus puritasque candicat
In liliorum albedine,
En quàm decorus, gloriosus, amabilis,
Diues, potensque mens mea

Est

ille noſtri amator ardentiſsimus
Redemptor & plaſtes tuus,
um ſuorum qui fidem ac fiduciã
ıfundit vſque cordibus,
mos piorum dote cœleſtis ſpeì
nctóque amore roborans:
e cœli machinam qui circuit
:iprocas ſeruans vices,
dore quanquàm fulget admirabili,
gnouit occaſum ſuum,
diumque deputatus vſui
uire mundo cogitur.
Te ſolis omniumque conditor
ors vicisſitudinis,
atur vnus liberè ac pleniſsimè,
e vaſtus orbis continet:
reata nutriens, ſeruans, fouens,
rensq; pro nutu ſuo.
ergo cœli & angelorum principem,
mque ſplendidiſsimum,
nulla nubes, nulla caligo poteſt,
nox opaca obtundere
e grandi cordis affectu ſtude,
lenter illi ſeruiens,
ıritate te prior ineffabili
xit ingratiſsimam

Conuerte ſupplex quicquid in te virium eſt
Ad conditorem mens tuum
Illi recludens intima & præcordia
Qui cuncta nouit & videt:
Preceſque diſce fundere illi ſedulò
Mundas, frequentes, feruidas:
Orans vt omnem pectoris caliginem
Fulgore pellat gratiæ:
Hyememque inertis deſidiſque ignauiæ
Amoris igne exterminans,
Faciat bonarum in te repullulaſcere
Affectionum floſculos:
Virtutis inde multiformi germine
Sic innouatam veſtiat,
Vt tanquàm in horto ſuaueolente ac florido
In te morari gaudeat.
Sed ſol & hora commonent ſtatas Deo
Offerre laudes & preces:
Qui dignus omni honore ſemper à ſuis
Deſiderat laudarier.

SPIRITVALIS MISERIA præſentis vitæ.

EBria terrenis vaga mens atque obruta curis
Vitæq; facta velut perennis immemor,
Siquid

Digitized by Google

idhuc ſupereſt arcani luminis in te
lignitatis prorſus oblita es tuæ:
lis per ſos per rura, per oppida ſenſus,
metipſa vt fixius conſideres,
æras, quid ames, quorſum ſuſpiria mittas,
rinari quid iuuet potiſsimum,
agis affligat mœſtam, quid terreat ægrã,
mque demum plenius demulceat:
mo toties terraque marique vagaris?
lis ſalubrem nec quietem diligis?
tantum quid terrea lumine ſpectas?
os ad aſtra ſubleuare nec ſtudes?
t illius cernas procul atria, ſtellis
isque clara iugiter ſplendentibus:
mulo illuſtrant ſpecioſum lumine cœlum,
rnique narrant conditoris gloriam:
nto, precor, hîc ſtudio curaque requiris
alle opaca miſeriarum & fletuum?
eris quæ fœta malis, fœcunda periclis,
is redundat vt cloaca ſordibus:
demens tibi quid promittis in iſto?
d luctuoſo queritas in carcere?
vbi pax, vel fida quies, ſed plurima turba,
iuge bellum, & noua ſubinde prælia:
vbi ſemper metuendus & acre duellum:
i crebra pugna, rara ſed victoria:

Nondum te vitæ miseræ istius atque fugacis
Tædet, pigetq; tot malis penè obrutam?
Nec sentiscis adhuc quæ te qualesq; procellæ
Ad subruendum spiritum circumuolent?
Siccine delitiæ tibi sunt sub sentibus hirtis
Et in caucrnis longum opacis degere?
Viuendi ue tenet quenquam tam cœca libido
(Modo non moretur anxium mens sordida)
Vt libeat Scyllas inter, rapidasque Charybdes
Syrtesque volui semper, & Symplegadas?
Hoc est, tot vitijs & sordibus, atque ruinis
Vsque ad senectam viuere hic obnoxium:
Desipit hauddubiè cui tanti est falsa breuisque
Dulcedo, & vsque mista amaritudine,
(Qua stolidos lactare solet nocitura voluptas
Carnis petulcæ sæculiq; amasios)
Perferat vt lætus tot prælia Martis iniqui,
Cùm tæla & hostes crebrò nos premant noui:
Cum mõstro est etenim nobis septemplicis Hydræ
Nullo hîc duellum finiendum tempore,
Contenduntq; graui lætalia crimina septem
Inferre mortem cum furore imbellibus:
Liuor, auarities, Venus, ira, superbia, torpor,
Gulaq; laborant nos vicissim perdere:
Est nostræ nec opis semel hoc sic vincere monstrũ
Ne possit vltra virus in nos fundere.

Lernæa

Digitized by Google

similis nimirum cùm sit Echydnæ
toq; sanè bellua hæc nocentior:
stro fœcunda malo mala germina nũquã
ferre cessat viperini seminis:
auaritiæ facibus nunc anxia anhelis,
re semper degener dum mens timet:
it hoc fracto cumulandi ardore resectum,
ox vexat ægrum pectus inuidentia:
vbi pulsa lues, iritat crapula orexim
idens vorare ac potitare largiùs:
i restricta est, inuadit torpor inertem,
nisq; mœstum deijcit socordia:
quoque discussa, insurgit furiosa libido,
uxumq; votis inquinat cor sordidis:
quanquàm toties non nostro robore victa
:uire flammis putidis non desinit:
vbi non modico Venus est suppressa labore,
ec sic quietos Hydra fatalis sinit:
i variæ tristem diuexant suspitiones,
Accendit ira, torquet indignatio:
it hinc stolidas ventosa superbia cristas,
Ad celsa mundi stultè anhelans culmina:
iq; aperta mouet sibi blanda philautia, suadẽs
Ambire laudes, famam, honores, gloriam:
dentes demum stimuli, motusq; pudendi
In carne putri sæpius rebulliunt,

Per quos languida mens sic exagitatur, Vt vltrò
Sæpe improbata ruminare gestiat;
Denique nulla quies hîc est sperանda, salusque
Perfecta, certæ palma vel victoriæ,
Præsertim ignauis, socordibus, atque supinis,
Plærumq; quales (prô dolor) miseri sumus:
Qui tot dum iaculis petimur rapidisque sagittis,
Vix (heu) valemus singulas repellere:
Quem iuuet ergo diu in discrimine viuere tãto,
Tot vbique tælis lapsibusq; obnoxium?
Adijce nunc quot tempestas lachrymabilis ista
Caussas doloris ingerat seruis Dei:
Nimirum videant sæuo cum ardere tumultu
Vbique bella dura, acerba, immania:
Ferratasq; equitum turmas, peditumq; manipulos
Trepidos per agros agminatim currere,
In villas, frumenta, domus, miserosq; colonos
Vt belluina atrocitate sæuiant:
Confertosq; inopum cuneos errare per vrbes,
Stipem rogantes vultu & ore flebili:
Inter quos victum multos compellit egestas
Et frusta panis ostiatim quærere,
Non deerat quibus ampla prius res atq; supellex
Et oues bouesque possidebant plurimas:
Atque adeo profugis vacuos cultoribus agros
Steriles iacere, fertilissimos licet:

Quos

os furor hostilis sensim sylvescere cogit
Prohibens arari, seminari, & excoli,
de grauis cum peste fames instare timetur:
Nec vanus iste vel otiosus est timor,
n longè & latè vastauerit omnia miles,
Nihilque frugum squallida arua proferant,
æ pingui fœcunda solo conferta solebant
Replere læta messe & vberi horrea:
umeramq; hominũ turbã spacio vnius anni
Cruenta pestis iam recens absumpserit,
eter eos quos in castris paulò antè necârat
Cœli rigentis, ninguidiq; cruditas:
inia quæ nostras æquum est percellere mentes,
Luctuq; quâmuis dura corda pungere,
uper afflictos vlla pietate mouemur
Fratrumq; duris indolemus casibus:
c autem maior non parui caussa doloris,
Quo spes cupitæ pacis affulget minor:
rima cùm varias cõtra extremasq; minentur
Instare clades Christianis finibus:
aq; terribilis lachrymosa exordia belli
Grauem Tonantis iram apertè nuncient:
odq; truces gladios saturãdaq; sanguine mul-
tã tæla dextra vindice in nos strinxerit: (to
quos non potuit leuioribus hactenus ad se
Reuocare flagris, mitiùs nos corrigens:

Compellat ſcelerum meritas perſoluere pœnas,
Tanquam proteruos & rebelles filios:
Cuius enim nutu contingunt omnia noſtrum
Quæ nũc per orbem ſumma graſſantur mala?
An non Chriſte tui multa & manifeſta furoris
Monſtras abundè ſigna & efficaciter?
Miſceat attonitas cùm Mars impunè per vrbes
Strages, rapinas, vaſtitatem, incendia:
Cultáq; ſquallentis faciat rura inſtar eremi
Omni iacere orbata fruge & gloria,
Efferus hoſtili cùm gaudens ſanguine miles
Sæuire flammis pergat & ferro truci,
Atroci graſſans odio ac feritate lupina
In agricolarum ciuiumq; viſcera:
Exæquetq; ſolo diruptis mœnibus arces
Vrens profanas impiè ac ſacras domus:
Parcere ſemnæo nec dignum exiſtimet vlli,
Subuerſa templa funditùs demoliens:
Quæq; rapax ſacris auexit ab ædibus æra
Superum dicata honori & vſibus pijs,
In tormentà furens vertat, quæ puluere olenti
Ferroq; fœta, diligenter inſtruit:
Fortiter aduerſum vt diſplodere poſsit in agmen,
Breuiq; glande tradere Orco plurimos,
Raptaque diuulſis (horrendum) corpora membris
Putres per agros fruſtulatim ſpargere:

Vtiam

Vt iam non referam quanta impietate profanet,
Violentq; quidam ſacra quæq; ſymbola:
Tum quæ damna pati pietas ſyncera fidesq;
Cogatur iſto turbulento ſæculo:
Immodicè quando per rura per oppida ſerpunt,
Sumuntq; vires noxiæ tot hæreſes:
Quas ſator errorum turbatis vndiq; rebus
Diſſeminare latiùs non deſinit,
Intendens, myſtas, clerum, ſuperóſq;, fidemq;
Sanctamq; Chriſti exterminare Eccleſiam:
Cui ſua dum flammis & ferro viſcera ſæuit
Gens Chriſtiana, ſeq; perdit funditús,
Bella gerens ſumptu immenſo, rabidóq; furore,
Quæ non merentur excipi vllis plauſibus.
Quum latè in caulas igitur crudelis Enyo
Gregemq; Ieſu parvulum deſæuiat,
Miſſæq; nigro Furiæ videantur Auerno
Ad grande plæbis Chriſtianæ excidium,
Littoraq; interea Tyrrheno obuerſa profundo
Vaſtet ſubinde claſsis infidelium,
Abducatq; procul (miſerabile) multa piorum
Onerata ferro in ſeruitutem millia:
Pertáq; funeſti clades & ſarcina Martis
In terga vulgi & pauperes fermè cadat,
A quibus exigitur non ſolum multa frequenter
Ingensq; in vſus bellicos pecunia,

Verum

Verum etiã quidquid supereſt quo ducere vitam
Dulcesq; poſsint educare liberos,
Non raro flamma hoſtilis, visq; impia perdat,
Voráx ve miles inſolenter diſsipet:
Deniq; cum rabidi furor ac truculentia Martis
Vario tumultu cuncta ſic turbauerit:
Plurima vt infeſtent afflictũ incõmoda mũdum,
Solidæq; nuſquã ſpes quietis fulgeat.
Quid (precor) hic ſequeris tot caſus inter acerbos?
Cur nondum amare mens caduca hæc deſinis?
Delicijs quid adhuc & vocis ebria carnis
Non excitaris lubricis à ſomnijs?
Illa auidè amplectẽs, quæ tãquã fumus & vmbra
Rapidiq; fluctus ilico præteruolant:
Longè alias curas tempeſtas iſta profectò
Agitata ſæuis tot procellis exigit:
Reſpice quàm triſtis facies confuſaq; rerum
Et vbique quàm ſint plena luctus omnia,
Quocunq; iſtius ſerpſére incendia belli
Quod cuncta latè vaſtat, ignis vt vorax:
Num libet hic ſemper miſerorum audire querelas,
Lamenta, planctus, damna, clades, funera?
Cui (precor) eſt notum quãdo impia bella quieſcẽt?
Vel tot malorum quis futurus exitus?
Cum multũ & grandem portẽdant omnia luctũ
Humana quantum proſpicit ſagacitas:

Vt ta-

't tamen has turbas placidus seruator vbiq;
Flexus piorum lachrymis exterminet,
vulciáque optatæ redeant solatia pacis,
Omni fugata vi, metúq; bellico,
Quid dare tã blandũ potis est vel amabile mũdus,
Quod comparandum sit perenni glorie?
nuenias quid in hac tam delectabile vita,
Quod felle non sit amaricatum plurimo?
uã (quæso) hic prædam vel spẽ venamur opimã,
Tanto expetendam ardore, cura, augustijs?
't graue non ducant homines exponere corpus
Animamq; mille grandibus periculis,
Vanciſci modo, quæ poſcunt, cupidéq; ſequuntur,
Votisq; poſsint perfrui tandem ſuis?
Nunquid in exilio non ſunt hoc omnia vana,
Infida, fluxa, falſa, momentanea?
Spes vbi ſuſpendit, timor angit, gaudia fallunt,
Curæ fatigant, luridus rodit dolor:
Quæ res ergo potest tibi ſic terrena placere,
Obliuionem vt ingerat cœleſtium?
Nec memorem eſſe ſinat vitæ regniq; perennis
Ac ciuitatis inclytæ magni Dei?
In qua ſyncerũ eſt, ſolidum, immutabile, perpes,
Deſiderare quicquid vlla mens queat:
Ah quanta tuus inuoluit te mens mea carcer
(Hæc dum intueri non ſtudes) caligine:

Quàm

Quâ prorsus te indigna facis, quâ turpiter erras,
Amore carnis cœca quantum desipis:
Nondum te infœlix peregrinâ hîc viuere sentis,
Et inter hostes exulare pessimos?
Extorremq; procul patrijs à finibus arcto
Olidóq; claudi corporis in ergastulo?
Pondere quod tam sæpe suo te multa parantem
Bona meditari & aggredi mox retrahit?
Atqui hæc te poterant toties iterata docere
Peccata abunde, miseriæ ac certamina:
Hic miseranda quibus lassaris mortis in vmbrâ,
Amare vitam vt hanc caducam desinas:
Densáq; consuescas suspiria mittere ad illam
Semper fluentem lacte terrâ & nectare,
Quam bonitas diuina suis ab origine mundi
Fidis parauit præmium cultoribus.
Quàm fœlix, sancto quê cum Simeone Prophêta
Ad sempiternâ transtulit pacem Deus,
Nec tempestatis mala plurima & horrida nostræ
Vel experiri vel timere cogitur:
Qui sibi non metuit truculenti à faucibus Orci
Subtractus ori iam leonis perpetim:
Sed lætus placida fruitur iugíq; quiete,
Turbabit vltra nulla quam vis hostium.
Heu me, scrutator cordis renumq; probator
Sterilem hîc relinquis tamdiu cur arborem?

Tedi-

Digitized by Google

Te dignum quid ago? quo ſeruus inutilis vſq;
Locum occupabo ſanctiori debitum?
Cedere quin me Chriſte iubes melioribus, vnì
Tibi qui laborent obſequi fideliùs?
Hac in corrupta me carne quouſq; relinques
Magis ſubindè fœdiusq; vt inquiner?
Siccine te pergam infœlix offendere ſemper,
Augere pondus ſarcinæ nec deſinam?
Triſtibus erepto laqueis nunquámne licebit
Perenne mentis peruenire ad ſabbatum?
Curarum quando ſtimulis ſcrupiſq; ſolutus
Tibi corde lætus confitebor libero?
Cerno equidem, agnoſcóq; libens, cogorq; fateri
Me dote tantæ pacis indigniſsimum,
Vt qui multiplici pollutus crimine & omni
Contaminatus labe totus ſordeam:
Sed contra expendens quibus hîc vitijsq; maliſq;
Mens atq; corpus vbiq; ſint obnoxia,
Sùſpirare frequens patriam compellor ad illam
Quæ prorſus expers omnis eſt periculi:
In qua iam placida gaudentes pace triumphant
AEterna quotquot ſunt adepti præmia,
Poſt ſuperata quibus tot prælia ſpiritus inquit,
Vt conquieſcant à laboribus ſuis.
Heu me, quòd Domino malefidus ſemper Ieſu
Toties aberro, labor, impingo, oppeto,

Paula-

Paulatimq; fores mihi vitæ occludere pergo
Iniquitatis plurimæ repagulis.
O quàm laudandus, quàm fœlix, quàmq; beatus
Est omnis ille, quâmlibet pauperculus,
Qui puer à teneræ tulit insons flore iuuentæ
Vsque ad senectam strenuè Christi iugum:
Et sic instructam circumfert lampada oliuo
Operum bonorum, & charitate splendidam,
Vt benè pacato securus pectore, sponso
Prodire semper sit paratus obuiam:
Qui vocem domini pulsantis morte propinquæ
Libenter audit, moxque pandit ostium,
Exultans finem sibi longi instare duelli,
Palmamq; adepta perpetem victoria.
At tibi quæ vaga mens spes & fiducia restat
Tot inquinatæ pvrvlentis sordibus?
Non paucis vitijs quæ commaculata vel ante
Primam fuisti (prô pudor) tenuginem:
Vixq; tibi vllius solidæ pietatis in omni
Vita, atque veræ conscia innocentiæ es:
Ecquæ socordi, immundæ, vapidæque, putríque
Regni perennis est semper fiducia?
Quid restat miseræ nisi amaros edere planctus,
Lugere, flere, orare, lamentarier?
Hæc est vna super spes & fiducia, donec
Tui misertus totam Iesus expiet,

Ablu-

Ablutamque ſtola diuini exornet amoris,
Dignamque reddat angelorum cœtibus.

IN PRAEPOSTERAM MORTALIUM ſolicitudinem & metum.

EVdicia humani quàm ſunt præpoſtera cordis,
Quàm ſunt à veri cognitione procul:
Corporis immodico quantum cœcutit amore,
Quàm longè à recta deuiat ille via,
Quiſquis ſic metuit reparandæ funera carnis
(Quam tandem in cineres eſt opus ire ſuos)
Vt nihil eſſe nimis durum ac cruciabile ducat,
Corpus vt à mortis vindicet imperio:
At quæ perpetuos ſunt inflictura dolores
Contemnit mentis vulnera crebra ſuæ,
Quæ ſic inficiunt animam, lædunt q; necant q;
In rapidum mergant vt Phlegetonta ream,
Quinã eſt iſte (precor) ſtultæ anxietudinis error,
Vile lutum tanti pendere, omuſq; graues?
Et ſummi natam regis, regiq; dicatam
In ius connubij perpetuosq; toros
Aſpernari animam, nec cura tangier vlla
Si dupliçi infœlix funere diſpereat?

Hei

Hei, quantæ obtũdunt multorum corda tenebræ,
Quantum delirat, quàm miserè errat homo,
Vas hoc stercoreum quisquis, viuumque cadauer
Anxius immodica commoditate fouet,
Nec secum expendit qua vi, ratione, vel arte
Perpetuo mentem seruet ab exitio:
Quàm certis monstrat, neglecta mente caducam
Se tantum carnem diligere indiciis,
Terrenæ quisquis modo prosperitatis amator
Deditus est solum corporis illecebris:
Carnis enim stolidum cum mulceat vna voluptas,
Hanc solam nequid torqueat vsque timet:
Prouidus ac solers ventura pericula vitat
Ne sibi vel minimi caussa sit ipse mali,
Terrenas quòd opes, & ineptæ sordida carnis
Gaudia nec placidè nec sapienter amet:
Hinc dolor atq; animi trepidatio lancinat ægrũ,
Quum nihili mentis vulnera pendat iners:
Corporis hæc quanquàm plagis grauiora caduci
Nonnisi diuina restituantur ope:
Mollia nãq; aliquo dum mẽbra dolore premũtur,
Torquetur quantis solicitudinibus:
Quas non perculso curas in pectore versat?
Quid non attonito cogitat ore pauens?
Nec tamen exhorret plectendã sulphure & igne
Peccati illuuiem, mortiferumque scelus:

Pro-

Proxima nec ſatagit vitare pericula mortis,
Securus medio ſed miſer igne cubat:
Cùm tamen horrendæ morſum velut aſpidis oẽm
Deberet ſpeciem iure timere mali:
Languorem porrò ſi ſentit creſcere, fractas
Si minui vires corporis inualidi,
Intima vel grauibus cruciari viſcera pœnis,
Dum ſæuit rapida febris anhela face:
Optimus extemplò medicus rogitatur vt adſit,
Qui tangat venam, qui lotium inſpiciat:
Non cuiuis etenim diues ſe credit, in arte
Pœonia ſed quem nouerit eſſe caput:
At poſtquam grauiter lætali crimine læſus
Se dignum æterno reddidit igne miſer,
Securus tanti morbi, plagæq́; malíq́;
Nugatur, ridet, potitat, ambit, amat:
Nec vigil exquirit medicum, quærítue medelã,
Qua Phlegetontæo poſsit ab amne rapi:
Vulnera ſed neglecta ſinit tabeſcere vecors
Vix curanda graui cum putruêre mora.
Præterea rapidæ ſi inſtare pericula mortis
Aut videt, aut metuit corpore debilior,
Confeſtim plures ſupplex inuitat opimis
Pollicitis medicos, muneribuſq́; trahit:
Nec parcit nummis hac in re prodigus vllis
Omne genus ſaccos, pharmacaq́; accumulans:

Miſtaq; vipereis exſorbet pocla venenis,
Porrigit & ferro membra ſecanda truci,
Horrida vt effugiat ſæuæ diſcrimina mortis:
Hoc quamuis nequeat viuere in orbe diu.
Multiplici at contra quũ crimine putris & ater
Spritus æterno proximus exitio eſt,
Vix medicum tandem triuialem ſpontè requirit,
In cuius raptim pus vomat omne ſinum:
Cuilibet è vulgo curandos pectoris ægri
Languores credens, vulneraq; & vomicas:
Imò rudem ſtudioſè aliquem, facilemq; requirit,
Vt cœcum cœcus ducat in interitum.
Vlla nec aptari plagis emplaſtra medentis
(Mitia ni fuerint) ſuſtinet ille manu:
Pro magnis etenim noxis & crimine multo
Vix facere aut quicquã vult tolerare graue:
Et tamen exhorret quem nõ valet effugere vllis
Artibus & nummis corporis interitum:
Sic (inquam) fatum morituri corporis horret,
Admittat quæuis vt mala, ne pereat.
O brutos hominum ſenſus, ô talpea corda,
Quàm miſerè et grauiter pars bona deſipim:
Obruimur cæci quantis plærunque tenebris
Lyncea quos vulgus lumina habere putat:
Lux viuæ quónam fidei virtusq; receſſit?
Quãm parcè radios e xerit a lma ſuos,

Neglecta

Neglecta quando ſolidæ ratione ſalutis
Cæca tenet ſolus pectora carnis amor:
Longaq; victurus per ſæcula ſpiritus æger
Incolumi prorſus corpore deſpicitur.
Quem tanti fecit, tali eſt dignatus honore,
Cuius amore tamen ſic Deus incaluit,
Propter eũ vt noſtros moriturus ſumeret artus,
Nec vitæ tandem parceret ipſe ſuæ.
Dic mihi ſtulte, precor, moribũdæ carnis amator,
Qui tam ſecuro tot mala corde facis,
Cur tibi tam grauis eſt carnalis mentio læti,
Ipſius vt nomen vix benè ferre queas?
Non animæ potis eſt vitam mors tollere iuſto
Autoris regno vel ſpoliare ſui:
Cuius amœna ſibi præcludunt limina ſoli
Lætifero mentem crimine qui maculant:
Mors animæ fugienda magis q̃; corporis huius,
Plusq; odienda truci reproba vita nece:
Quòd mala demergat Stygio nos vita barathro,
Mors autem menti pandat ad aſtra viam:
Nemo etenim placidam cœli penetrabit in arcem
Soluerit indomitæ ni ſua iura neci.
Omnibus hæc data lex, hoc eſt cõmune tributũ,
Quod rerum dominus pendere nos voluit,
Quotquot primæui de ſemine naſcimur Adæ
Infauſti patris ſordida progenies:

Scilicet in terram terrena redire necesse est
Corpora & in cineres tabida abire suos,
Erexit postquam contra dominumq́; Deumq́;
Factoremq́; suum cornua limus iners:
Dæmonis inuidia mors illo ex tempore regnat
Tam iustos feriens cuspide quàm reprobos:
Illa proinde bonis non est metuenda, necesse
Namq; mori, semper viuere si cupimus:
Perpetis est vitæ mors ianua, & esse beatos
Scriptura in domino qui moriuntur ait:
At quæ vipereo peccati ex semine prodit
Mors animæ est cuiuis iure timenda viro,
Est gemitu deflenda graui, lachrymisq́; profusis,
Nempe animam spolians, luce, salute, Deo:
Auxilio domini tamen omnipotentis ab ista
Mens quoq; peccati surgere morte potest.
Ante Deum prostrata suũ dũ flensq́; tremensq́;
Afflicto veniam postulat orc sibi:
At quem mors rapiet spoliatum carne secunda,
Æternis dabitur flebilis esca focis.
Ah, quàm crassus, iners, cœcus, stolidusq́; periclũ
Quisquis non metuit tam graue, triste, minax:
Hanc igitur grandi fuge solicitudine mortem
Quæ nullo poterit tempore acerba mori:
Sed morsu in miseros grassans truculenta perenni
Coget in æternis viuere supplicijs:

Infœ-

Digitized by Google

Infœlix etenim mox vt sua membra resumet
Spiritus, vt carnem flamma, animamq; voret:
Excruciata licet rapida fornace dolori
Improba sufficient corpora perpetuo:
Tam duras ergo qui vis euadere pœnas,
Accipe summatim, quæ peragenda tibi:
Desine falsa sequi vapidæ oblectamina carnis,
Cumq; suis mundum spebus & illecebris:
Quæq; solent nasci vitiorũ hinc tristia monstra,
Cadmæo veluti Martia ab angue seges:
Teq; ipsum committe Deo: sine te regat ille,
Imperium vitæ qui tenet atq; necis:
Sic tamen, vt discas sanctis te dedere curis
Ac studijs multa relligione pius:
Nec cesses superûm regem pulsare frequenti
Flens ac suspirans assiduaq; prece,
Dignetur veteres bonus vt dispungere lapsus
Paulatimque animam sanctificare tuam,
Exornans varijs virtutibus intima mundi
Pectoris, ac vera te pietate beans:
Lætior vt possis Domino parere vocanti
Egredi ab hoc vbi te iusserit exilio:
Nec tam mortalis vitæ exhorrescere finem,
Quàm cupida amplecti funera sera manu.

QVAM SINT VTILES ERVditis libri Confessionum B. Augustini.

ILlecebras carnis domino quicũq; relicto,
Ditisq; pompas hactenus sectatus es;
Mundano gaudens strepitu, fumisq;, iocisq;
Nugacitate fascinatus splendida:
Carnalis si quod vitæ iam cœperit in te
Ac secularis turbæ oriri tædium,
Si tandem piget erroris, si lucis egenus
Te nosse quæris, si placere vis Deo,
Hos eme non magno precioſos ære libellos
Confessionum Præsulis clarissimi,
In quibus effrænis deliramenta iuuentæ
Plangens recenset, luctu acerbo exaggerat,
Ignitasq; preces cumulat, gratesq; subinde
Eructat amplas vindici lætus suo:
Quæ tibi solicitè veniunt imitanda salutem
Si concupiscis ac beatitudinem:
Ista proin sancti monumenta salubria patris
Tibi parare lector actutum stude:
Selectosque animo sensus & verba reconde,
Si temetipsum nosse vis plenissimè:

Thesau-

Thesaurũ tibi non paruum (mihi crede) parabis,
Si diligenter istud aruum foderis:
Hic te namq; tibi sacer Augustinus apertè
Ostendet (ipse ni videre te fugis)
Et quibus in tenebris quãta in caligine magnam
Stolidæ iuuentæ portionem exegeris:
Quantũcunq; tibi doctus, sapiensq; fuisse
Videaris, acer, eloquens, industrius:
Hos ergo (speculum quasi quoddã illustre) libellos
Crebro intuere, diligenter excute:
Præsertim immodicus Musarum quisquis amator
Vanæ fuisti laudis appetentior:
Vt bene cum stolidæ perspexeris hulcera mentis,
Quantisq; corpus inquinâris sordibus,
Ad dominum toto contendas corde reuerti
Verè innouati in sanctitate spiritus:
Aurelij exemplo, qui te resipiscere plene
Factis docebit verbi & efficacia:
Hic quoq; q̃; graue sit cõsueta relinquere discès,
Quibusq; stringant se cathenis impij,
Pectore dum toto cessant insurgere contra
Primos colubri blandientis impetus:
Nec mala radices (donec iam egere profundas)
Curant ab ipsa stirpe inertes tollere:
Quasq; animã cõtra moueat caro lubrica pugnas,
Ac spiritalis luctæ acerba prælia:

Mens afflata Deo dum frangere lenta rebellis
Contendit in se vincla consuetudinis:
Quantaq; possideant syncæræ gaudia mentes,
Postquàm seipsas glorioſe vicerint:
Optata toties dum libertate fruuntur
Animo vetustis expedito angustijs:
Deniq; cœlorum pulcherrimus autor & orbis,
Rebusque vere in omnibus mirabilis,
A cunctis quantum merito deberet amari
Desiderari, exoſculari, amplectier:
Qui longo discunt vsu, pius ille redemptor
Quam dulcis in se, quàm benignus sit suis:
En tibi quas doctor gemmas clariſsimus offert,
Labore paruo comparandas, si velis:
Hoc est, si vigili contenderis aurea mente
Tecum frequenter verba patris expendere:
Non paucos porrò vt fructus decerpere possis
Ex hoc virenti ac florido pomario,
Imprimis ad te quicquid non pertinet istic,
Parerga tanquàm trassilire sis memor:
Quæ verò facere ad mores perspexeris, acri
Penetrare certa sedulaque indagine:
Vt liquidi sugas vbertim pocula mellis
Non impolitæ dictionis de petra:
Præterea vt melius possis te agnoscere lector
Vomicasque cordis intueri apertius,

Affe-

Affectus, moresque tuos conferre memento
Vijs beati lubricis primum viri:
Hinc quantus fuerit conuersi luctus & ardor
Ex tot querelis planctibusque collige:
Plenius vt tibi displiceas, tactusque salubri
Timore, lapsus iugiter fleas tuos,
Et quo te grauius Christum offendisse videbis,
Frequentiores hoc profundas lachrymas:
Excutiensque sinus atque intima pectoris ægri
Odisse discas temetipsum & spernere:
Quod procliuè tibi fuerit si funditus in te
Cures frequenter quisquis es descendere:
Ecquis enim inspiciens, quanto feruore reuersus
Sit doctor almus ad Deum medullitus,
Non merito se despiciat, trepidusque supini
Reprehendat in se cordis ignauum gelu?
Fucata rursum sibi relligione placere
Nostræ quis ausit fragilitatis homuncio,
Si vigil expendat se fortiter ille subacto
Ardore quanto in Christi amorem exarserit:
Pandæ graues igitur loculos pietatis amator
Aurumque vili compara argento tibi:
Ni mauis gemmas tam splendida dicere scripta,
Versare crebrò quæ studebis, sisapis,
Præcipue octauum, nonum, decimumque libellos,
Quos lectione deuorabis sedula,

Ex ani-

Ex animo ad veram si pacem cordis anhelas
Fauore tandem peruenire cœlitum:
Si cupis accendi tibi sancto pectus amore,
Si dulce mentis agere crebrò sabbatum,
Cœlestem in terris si ducere deniq; vitam
Quiete mundi iugiter cordis fruens.

D. REMACLO MARTIO, Abbati diui Huberti.

Dũ tua te profugũ retinet venerabilis Abba
Locoq; seruat tutiore Martia,
Sæuaque terribilis cogunt discrimina belli
Pastorem abesse prouidum à caulis suis,
Inuitum quanquam, ac iusto terrore coactum,
Nec absque multa cordis ægritudine:
Qua possum tenus ipse mei solarier optans
Animum Remacli mille curis obrutum,
Ad te more meo volui transmittere carmen
Professioni vtriusque non incongruum,
Quod de cœnobij Stabulensis origine scripsi,
Antiquitate, pristinaque gloria:
Exiguum, fateor, nec tali munus amico
Ac patre dignum mittimus pauperculi,
Quod tamen acceptũ speramus, vt omnia nostra,
Forecharitati quatecumq; sit tuæ:

Nimi-

imirum laudes cum relligionis auitæ
Ac disciplinæ personet monasticæ:
rstringens obiter sancti pia gesta Remacli,
Quo nemo vixit in Arduenna clarior,
bilior donec præsul migraret eodem
Lambertus exul Ebroini iniuria:
ius ab ore tuus pendens Hubertus honores
Didicit fugaces sæculi contemnere:
ccensusq; eius monitis deserta petiuit
Lustra Arduennæ, nota tum pauciſsimis:
ima vbi cœnobij illius fundamina iecit
Paternitati creditum quod iam tuæ
ucra fouet gremio laudati præsulis ossa
Ipsius almo dedicatum nomini:
ita præmisis dictum nunc accipe carmen,
Quo sic peritum conuenimus hospitem:
uem patrũ venerãda iuuat monumẽta videre,
Studioq; sacræ antiquitatis tangeris,
œnobij autorem Stabulensis disce, locíq;
Istius ortum, pristinamq; gloriam:
obile cernis opus, Sigiberti regis opima
Pietate structum à sæculis ferme nouem:
Qui cum Francigenas placidis frænaret habenis,
Nullosq; nactus esset orbus liberos,
Noluit ingratæ bona posteritatis ad vsum
Opesq; auarus congregare plurimas:

Vt suc-

Vt sueuêre, quibus vitæ est spes parua futuræ,
Pecuniarum amore capti sordido:
Quos non permittit cupidæ vecordia mentis
Donare egenis ac Deo superflua:
Nec vanas rursum in pompas, luxumq; voracē
Pellacis auri dissipauit pondera:
Vt non raro solent proceres, & carnis amici,
Rebus secundis fascinati & ebrij:
Hæredem sibi sed Christum diuosq; parauit
Semnæa bissex ampla curans extrui:
Impensis quæ structa suis dotauit abundè,
Potissimum istud atque Malmundarium:
Quæ duo votiuos monachorum erexit in vsus
Anfractuosis Arduennæ in saltibus:
Vt populi à strepitu semoti longius omni
Vacare possent liberè soli Deo,
Exesas inter rupes syluasq; latentes,
Procul à tumultu & illecebris sæculi:
Scilicet hoc curæ patribus fuit vsque vetustis
(Vitæ fuêre qui duces monasticæ)
Desertos longè à turbis disquirere montes
Ad incolendum, hirtasq; solitudines:
Lubrica ne putris mundi contagia mentes
Sancto dicatas inquinarent numini.
Inclytus hinc princeps domui præfecit vtriquē
Multa Remaclum sanctitate nobilem:

Qui

Qui Traiectenſem grandi cum laude regebat
Fructuq; ſedem præſul integerrimus,
Præceptor Theodarde tuus, ſucceſſor Amandi,
Veræ magiſter, duxq; ſanctimoniæ:
Hic gregis ergo ſacri paſtor celeberrimus, ampla
Perfectione clarus & ſcientia,
Nominis eximij cùm latè ſpargeret auram,
Collegit iſtic plurimos graues viros,
Quos & perfectè docuit contemnere mundum,
Et diſciplinis imbuit monaſticis:
Perpetuò hoc vnum ſtudio non ſegniter vrgens
Bene inſtitutis ſubditorum in mentibus,
Priſcorum vt patrum veſtigia celſa ſequentes,
Arctam ſalutis ambularent per viam:
Quæ licet aſperior crebriſq; ſit hirta ſalebris,
Animoq; prorſus ſeculari imperuia,
Fit dulcis tamen aſsiduo, ſit amœnior vſu,
Miris redundans gaudijs & commodis:
Fructa vbi iam fuerit pigræ laſciuia carnis,
Amorq; mendax ſæculi refrixerit.
At poſtquã omnimoda plenus virtute Remaclus
Egiſſet iſtic non puſillo tempore,
A domino iuſſus moribunda relinquere mẽbra
Animam benigno conditori reddidit:
Diſcipulosque prius confortans dulciter omnes,
Placidè quieuit interillorum manus:

Quem

Quem per multa Deus sibi charũ signa probauit,
Quibus iste sensim clarior factus locus.
Hoc quoque cœnobium non paulò illustrius dein
Insignis hospes, atque præsul reddidit,
Qui Traiectina violenter pulsus ab vrbe
Non illibenter exul huc se contulit,
Linquere turbatum Lambertus ouile coactus,
Lupisq; pastor nobilis locum dare,
Francorum trepida dum vi dominatur in aula
Trux Ebroinus, fas & æquum exterminans:
Cuius dum rabidum vult declinare furorem,
Hic exulauit circiter septennium,
Imperio alterius se totum subdere gaudens,
Monasticisq; obtemperare regulis:
Vt bene qui nosset, ceu fidus amicus Iesu,
Quàm grande lucrum surgat hinc vere pijs:
Magnus in hac igitur vasta dum Præsul erẽmo
Diu cupita solitudine fruitur,
Vmbrosos inter saltus stabula alta luporum,
Procul à tumultu delitescens sæculi:
Exemplar dum se viuum pietatis auitæ
Omnisq; præbet sanctitatis regulam,
Præsentem vitæ autori dum certat anhelus
Mundumq; semper exhibere spiritum,
Nocturnasq; preces sancti præuertere cœtus
Oratione clanculari studet,

Illius

Illius eximiam virtutem ostendere cunctis
Voluit stupendo conscius facto Deus,
Quod cùm perfacili tractârim carmine pridem,
Quid est necesse denuò retexere?
Scilicet hic locus est, vbi nobile contigit illud
Opus perenni laude dignum & gloria:
Iussus vbi Præsul mitissimus ire per vmbras
Ad perferendum frigus immanissimum,
Perstitit ante crucem vento penetrabilis omni
Laudare Christum seminudo corpore,
Nocturnis donec Psalmis hymnisq; relectis
Eductus illinc est ab anxio grege:
Omnibus ostendens, quanto flagraret amore
Regis superni in intimis præcordijs:
Frigora qui tam dura animo tolerauit alacri,
Factus probatæ forma obedientiæ:
O facinus toto dignum celebrarier orbe,
Et vbique summis euehendum laudibus.
O quàm magna viris erat illis cura priorum
Hærere patrum fortiter vestigijs:
Quantus amor sanctæ, quæ solicitudo quietis,
Quis regularis zelus obseruantiæ:
Quàm rigidis noxæ grauiores legibus istic
Durisq; pœnis tunc erant obnoxiæ:
Crassaq; plectebat quali delicta flagello
Austerioris instituti acerbitas:

Exiguũ

Exiguum quando ſtrepitum, fractique ſilenti
Abbas reatum tam ſeuerè punijt:
Diſcat ab hoc facto ſcelerum qui faſce grauatur
Sibi malorum plurimorum conſcius,
Quanto deberet merito ſua crimina luctu
Deflere, quali extergere abſtinentia,
Si cupiat plene Domini placare furorem,
Si ſigna verè pœnitentis edere:
At nos ſacratæ qui religionis alumni,
Monachi virique ſpiritales dicimur
Exemplum ante alios iſtud memorabile pungit,
Meminiſſe noſtri ſi velimus ordinis,
Quæque ſumus Chriſto ac ſuperis ſeruare profeſſi
Non in tenebris, teſtibus ſed plurimis:
Præpoſitos vt quiſque ſibi veneretur ametq;
Tanquam ſupremi principis vicarios:
Et quibus ob Chriſti ſeſe ſubiecit amorem
Illis libenter ſeduloque obtemperet:
Collige nunc hoſpes quàm ſit venerabilis iſte
Locus habitatus maximis olim viris,
Quorum nomen adhuc noſtro celebratur in orbe
Super aſtra quamuis iamdiu migrauerint:
Vt plures alij, quorum ſunt nomina vitæ
Inſcripta libro, & nota factori pio:
In ſumma, domus hæc nongentos clara per annos
Pietate multa & ſanctitate floruit,

Exi-

Digitized by Google

Eximijsq; viris, quorum plærique vocati
Ad dignitatum celsa sunt fastigia,
Vtque alios alibi verbo exemploq; docerent
Vitæ instituta & regulas monasticæ.
Hanc memor ergo pijs studijs, precibusq; dicatã
AEdem viator tot fuisse sæculis,
Explosis procul hinc nugis, leuibusq; cachinnis
Regem supernum prono adora corpore,
Cumque suis diuum socijs venerare Remaclum,
Illis recludens anxij æstus pectoris:
Vt tibi dignentur summum placare Tonantem
In cuius aula iam triumphant perpetim.
Hæc sunt quæ chronicis hinc inde excerpta ve-
Facili Camœna disserenda censui, (tustis
Quod mihi dulce foret Lamberti Præsulis acta,
Vitamq; rursus inclytam perstringere,
Cuius in his terris merito venerabile nomen,
Dotesque festis efferuntur laudibus.
Nunc ad te redeo venerande & amabilis Abba,
Hæc ipsa cui sunt notiora quàm mihi,
Vt qui præfectus monachis in finibus illis
Andagiense territorium regas,
Aruaq; finitimis nimium contermina Gallis,
Crebrisq; eorum incursibus iam pervia:
Cogeris vnde nouas non rarò quærere sedes,
Solumque mœrens propter hostes vertere:

Et modo piſcoſi fugere ad vineta Moſellæ
In Treuirorum deliteſcens finibus,
Perdit vbi nomen commiſtus Sura Liſuræ,
Et vtrumque flumen in Moſellam profluit:
Frondea ſylueſtris nunc incolere arua Famennæ
Tuaq; triſtis exulare in Martia:
Quod paſtoris enim fidi eſt, ad ouile relictum
Anhela crebrò dirigis ſuſpiria:
Et benè ſi mores noui affectusq; Remacli
(Procul ſit omnis ſemper aſſentatio)
Plus ouium mordet te ſolicitudo tuarum
Et ſubditorum luctus ac diſpendia,
Quàm natale ſolum poſſit mulcere, vel vllum
Mouere carnis ſæculiq́ue commodum:
Sed nunc longanimi ſunt omnia mente ferenda,
Quæ dura iniquis euenire vult Deus,
Quæque parit nobis hoc lamentabile bellum,
Tam damna, acerbi quàm dolores & metus:
Et quanuis graue ſit toties audire ſuorum
Lamenta, clades, funera, & pericula:
Sunt ſuperanda tamen duriſsima quæq; ferendo,
Conferre robur cùm paratus ſit Deus:
Cuius in aduerſis, etſi videatur acerba,
Laudanda ſemper mitis eſt ſeueritas:
Qui mauult acri nos hîc punire flagello,
Laſciuientes ſueuit vt natos pater.

Trade-

Tradere quàm Stygijs canibus flămisq; vorădos
Tanquam rebelles perfidósq; transfugas:
Non tamẽ hæc propter minus est iustissima nobis
Placanda summi regis indignatio,
Plæbis vt afflictæ gemitus dignetur amaros
Audire clemens, lachrymasq; cernere:
Quas cum singultu prorumpere cogit anhelo
Victus, amictus, & Laris penuria:
Oppressis quid enim reliquum vis impia Martis
Rabiesq; fecit? quid proterui milites?
Non minus infesti miseris plærunque colonis,
Quàm turbidorum apertus hostium furor.
Ah quàm funestum, quàm lamentabile sæclum:
Quàm turbulenta, quàm maligna tempora:
Ad quas nos (quæso) scelerum iustissime vindex
Clades reseruas, quæ minaris adhuc mala?
O pax alma Dei præclarum & amabile donum,
Humana blando corda nectens fœdere,
Quæ procul à nostro iam (prô dolor) orbe fugata
Terras videris velle prorsus linquere.
Te placidis læti quando amplexabimur vlnis
Facti quietis expetitæ compotes?

QVAM VTILIS SIT FREquens cœli memoria.

Acerba mundi quælibet
Aduersa, dãna, opprobria
Perferre si vis fortiter
Lector fidelis & pie,
Crebrò reuolue perpetem
Cœlestis aulæ gloriam:
Si blanda rursum & prospera
Fugacis huius temporis
Vis cuncta floccipendere,
Ac rem velut leuissimam
Quæcunque mundus expetit
Viriliter contemnere:
Expende tecum sæpius
(Animo assequi quantũ vales)
Pijs repostæ mentibus
In arce cœli præmia.
Vix namque possis credere,
Quantum dolores, & metus,
Morbos, labores, tædia
Lugubris huius exili
Soletur atque mitiget
Spes sempiterni gaudij:

Ple-

Digitized by Google

Plærumque quæ tam dulciter
Humana ſtringit pectora,
Grauem laborum vt ſarcinam
Moleſtiasque corporis
Ac vim doloris aſperi
Sentire iuſtos vix ſinat:
Imò (ſtupendum quod magis)
Mirabilem in dulcedinem
Conuertat, ægra & anxia
Hîc quicquid vrit pectora.
Eſt teſtis horum, nobilis
Magiſter ille gentium
Idemque præſtantiſsimus
Regis ſuperni ſignifer
Cum cæteris apoſtolis,
Epiſcopoque Ignatio:
Qui prorſus omne gaudium
Solatium, ſpem, gloriam
Dum collocarent vnica
In principis ſui cruce,
Se iudicabant maxima
Iucunditate perfrui,
Quæuis coacti dum forent
Pro nomine illius pati,
Tormenta, probra, anguſtias:
Exæſtuantes iugiter

Digitized by Google

Videre dilectum ſuum
In gloria Dei patris:
O quàm proinde barbarus,
Agreſtis eſt ac terreus
Qui tam decoræ & floridæ
Amabilisq; patriæ
(Vbi mellis atque nectaris
Paſsim redundant flumina)
Viuo ſubinde ac feruido
Amore non accenditur:
Quàm vilis ille & degener
Summisq; vere ac plurimis
Opprobrijs digniſsimus,
Quem ſic libido ſordida,
Venterq; vel pecuniæ
Explebilis nunquàm fames
Mundusq; totum poſsident:
Ardore ſemper vt nouo
Exæſtuanti non vacet
Interna ſurſum lumina
Ad lucidas ſedes poli
Studio fideli tollere:
Aut quem voluptas improba
Sic occupatum faſcinat,
Vt cogitare nil minus
Vel imaginarier iuuet,

Quàm

Quàm quæ parata sint malis
Et quæ bonis stipendia,
Reddenda certo singulis
Ab orbis almo iudice
Vt optimo ita iustissimo.
Quàm cœcus ille rursus est
Et morione stultior,
Quicunq; persuadet sibi
Quòd delicatè ac molliter
In saturitate & otio,
Nugis, cachinnis, lusibus,
Amoribusq; hîc victitans,
Vlla absq; lucta & prælio
Laboribusq; ac lachrymis
Facilè obtinebit omnium
Plenam bonorum copia
Fœlicitatem interminam:
Non hoc enim nos inclyta
Tot vita sanctorum docet
Mortesq; duræ ac vulnera:
Qui blanda quæque & suauia
Spernere postquam fortiter:
Non absque conflictu graui
Frequentibusq; angustijs
Doloribus, suspirijs,
Ieiunijs & fletibus,

(*Acerba*

(*Acerba quæque & aspera*
AEquis ferentes mentibus)
Intrare tandem regiam
Illam omnium pulcherrimam
Meruêre regis gloriæ:
Quam teste Christo masculâ
Nos vi necesse est assequi:
Arctæque per callem viæ
Cœlestis aulæ ad intima
Grassarier penetralia.
Mortalium miserrimi,
Stultissimi, insanissimi,
Merito beati martyres
Habiti fuissent, nec malis
Indigni adhuc maioribus:
Qui viuere hîc cum splendidè
Possent in omni gloria,
Opibus, honore, gaudijs
Et illecebris sæculi
Famem, sitim, æstum, frigora,
Fustes, cataractas, vngulas,
Cruces que ferre elegerint,
Et igneas sartagines:
Nisi veritatis spiritu
Reddente testimonium
Pijs eorum mentibus,

Certi

Digitized by Google

Certi fuissent, post breuem
Luctum, dolores, verbera,
Angustiasque cœlicam
Hæreditatem consequi:
Sed spes perennes gaudij
Honoris & opulentiæ,
Quietis ac dulcedinis,
Amorq; Christi flammeus,
Accensa magnitudine
Tam dulcis & grandis boni
Sic occupabat pectora.
Vt esse ducerent nihil
Quantumlibet mellifluum,
Blandum, decorum, amabile,
Quod vita præsens continet.
Nihilq; rursus, quamlibet
Funestum, amarum, & horridum
Fugerent vel expauescerent,
Quo regna tandem cœlica
Possent alacres assequi.
Quoties proinde durior
Aduersitatum sarcina
Athleta Christi strenuè
Grauare te videbitur:
Oculos ad astra tollere
AEgramq; mentem sis memor:

Tecum

Tecum frequenter cogitans,
Vix esse momentaneum
Te quicquid angit nunc mali:
Quod mox inæstimabili
Per sempiterna sæcula
Mercede compensabitur
Modo feruidæ ac fideliter
Inter serena & horridis
Sæuos procellis turbines
Seruire factori tuo
Ex intimis præcordijs
Dominoq; non cessaueris:
Fidelis illi permanens
Ad mortis vsque limitem:
Nequando mœreas caue
Res propter vllas labiles
Seu damna temporalium,
Cui tot parata sunt bona
In arce regis gloriæ.
Tristentur infidelium,
Et æthnicorum nubilæ
Mentes, profunda quæ Dei
Præmuntur ignorantia:
Quoties procella quælibet
Aduersitatis horridæ
Euenerit nolentibus:

Terro-

Terrore mortis anxio
Trepidi pauescant iugiter,
Quibus vna spes & gaudium
Est in fugaci sæculo:
Iudæus infœlix gemat,
Et torqueatur acriter
Dum cogitur relinquere,
Quos versipellis impio
Sibi congregârat fœnore
Pecuniarum sacculos:
Gens vtraque indignans fremat
Spoliata temporalibus,
Quæ sola (pectus obruta
Densissima caligine)
Miratur, ambit, quæritat,
Æterna nesciens bona:
Turbentur omnes insuper,
Tremantque iusta perfidi
Exterriti formidine,
Qui morte digna perpetrant,
Prævaricantes fœdera
Legesque viuentis Dei:
Animæ pauescant impiæ,
Grex improborum perditus
Qui mente cæca proruunt
Ad ditis atri limina.

Digitized by Google

At Christianus, si pius
In proximum sit & Deum,
Præcepta cuncta strenuè
Factoris exequens sui,
Spretisq; fluxis omnibus
Ardore cordis sedulo
Anhelet ad cœlestia,
Cur illius dispendio
Rei caducæ, incommodo
Vel corporis se torqueat?
Cum norit hoc in flebili
Versarier se ergastulo,
Vbi mille perferat mala:
Et fidus esse si sui
Regis minister gestiat,
Christiq; miles strenuus:
Assuescere quòd oporteat,
Incommodis sic omnibus,
Vt spretus, afflictus, miser,
Multisq; damnis obrutus,
Afflictione qualibet
Molestijsq; gaudeat:
Vti assolent Apostoli
Reliquaq; sanctorum cohors:
Probè scientes asperum
Per callem & arcti tramitis

In ama-

Inamabiles angustias
Quòd opus foret luctarier
Ad opima cœli præmia
Rapienda sudore improbo.
Iam quæ parata sit pÿs
Merces laborum, quod melos,
Quies, voluptas, gloria,
Quis explicare quamlibet
Oratione splendida
Pro dignitate Tullius
Potísve sit Demosthenes?
Vterq; certè infantior
Vel pusione edentulo
Appareat, contenderint
Sermone si complectier,
Quæ teste sacro flamine
Humana nunquã lumina
In hoc caduco corpore
Vidêre ab orbe condito:
Non est imaginabile,
Nostris profecto mentibus,
Quæ præparârit inclytus
Suis ministris conditor.
Præstabit autem vberrimè
Post fata vitæ labilis
Quæcunq; per vates sacros

Aposto-

Apostolosque filijs
Promisit & amicis suis:
Donabit, inquam, præmia
Consortibus regni sui
Tam multa, opima, ingentia,
Post tristis huius exili
Ipsius ope fœliciter
Confecta tandem prælia,
Vt nulla mens vnquàm viri
Tam copiosa & inclyta
Optare vel tentauerit.
Noli proinde mens mea
Quassata quanquàm iugibus
Tentationum insultibus
Minisque prorsus deijci,
Ne frangat vlla afflictio
Te cordis ægri aut corporis:
Si nunc oportet sæpius
Tristari, & inter spicula
Tot præliorum & casuum,
Nouos frequenter perpeti
Morbos, labores, tædia,
Pugnas, flagella, angustias:
Hæc recta cum sit semita
Quæ ducit ad regnum Dei
Per dura namque & ardua

Spinis-

Digitized by Google

Spinisque plena tramitis
Laborioſi culmina,
Qua tot piorum milia
Pertranſierunt hactenus,
Nos eſt neceſſe perpetem
Ad gloriam luctarier.
Solis enim fœlicitas
Vt verba ſcripturæ docent)
Merceſque tanta & præmiũ
Seruatur illis propriam
Viriliter qui nunc crucem
Poſt Chriſtũ Ieſum baiulãt:
Qui dimicant nunc ſtrenuè
(Seſe abnegantes & ſua)
Aduerſus atros dæmonas,
Carniſque bella lubricæ,
Dum ſomnolenta ignauia
Heu, plurimorum corporis
Addicta ſolis gaudijs
Stertit profundè & molliter;
Nec excitatur à graui
Cordis ſopore torpidi.
Eſt nãque iuſtũ & cõſequẽs,
Vt mille poſt pericula
Sudore tandem plurimo
Plene ſubactis hoſtibus,

Cum

Cum laureato principe
Festis decori vestibus
Fortes triumphent milites.

DE DIVITE EPVlone & Lazaro.

E presi varijs & grauibus malis
Mortales querulo murmure (vt assolet)
Incusent dominum: néue opulentia
Lasciuos, tumidos reddat, & impios.
Summus proposuit doctor & optimus
Turbis historiam terribilem oppidò,
Fulgentis Tyrio murice diuitis,
Assuetique epulis continuis frui:
Qui cùm delicijs iugiter affluens
Curaret nitidam perpetuò cutem:
Nec micas inopi deciduas dabat
Torquebat grauiter lurida quem fames:
O quàm dissimilis conditio fuit
Et vitæ ratio (si bene singula
Tecum dispicias) tabidi & horridi
Mendici, ac saturi quottidie impij.
Viuebat facili dives in otio
Securè, placidè, molliter, improbè,
Indulgens genio, clarus honoribus,

Plenus

Digitized by Google

Plenus diuitijs, delicijs fluens:
Cui grandes animos cùm faceret opes
Et vis immodicæ summa pecuniæ,
Regali nitidus magnificentia
Se totum illecebris corporeis dabat,
Dumq; extra roseo murice splendidus
Mulceret niueo viscera byssino,
Lasciuus, tumidus, comptus, & ebrius,
Viuebat superûm oblitus & inferûm.
At contrà hæc inopẽ iugiter hulcera
Torquebant, nimijs membra doloribus
Confectum, precibus cùm rigidas fores
Frustrà percuteret diuitis impij:
Duras ante fores perpetuò iacens
(Victum non poterat qui sibi quærere,)
Latrantis grauiter pane cibario
Ardebat stomachi murmura sistere.
Sed quanuis saturi relliquias canes
Sub mensa legerent quottidie vberes,
Curabat misero nemo vel vnicum
Duris ex famulis porgere frustulum:
O quæ pœna inopi, qualis erat dolor,
Cùm squarrosa canes hulcera lingerent,
Quòd refrigerij susciperet nihil
Acrudis hominum cordibus & manu.
Plausus lætitiæ crux erat insuper

Et nidor dapium viſceribus graui
Tortis eſurie: funere acerbior
Cum corpus vacuum conficeret fames.
In ſumma veluti vix homini alteri
Sors tam dura fuit, quàm tibi Lazare:
Sic contra ſaturo diuite & improbo
Mundi iudicio, nemo beatior.
Sed terrena ſuas omnia habent vices,
Ne vel pauperies intolerabilis
Sit tandem miſeris: perpetuas ſibi
Vel credant reprobi delicias fore.
Fractus laſſa proin membra doloribus
Mendicus ſimul ac viuere deſiit,
Sanctorum obſequio ſpirituum Abrahæ
Delatus placidum eſt dulciter in ſinum.
Mendici perijt ſqualor & hulcera,
Languor, pauperies, triſtitia, & fames,
Sed rupto veluti carcere iubilans
Optatam ad requiem mens pia tranſiit.
Imò magnificè per genios bonos
Et cœli proceres, lætus ad agmina
(O præclarus honor funeris inclyti)
Subuectus veterum ſpiritus eſt patrum,
At diues rapidæ dum necis immemor
Securè fruitur mobilibus bonis,
Triſtem ſpe citius venit ad exitum

Nil

Nil fructus referens ex opibus ſuis.
Amittens ſubito quicquid amauerat,
Poſtquàm nomen, opes, lautaque fercula,
Et veſtes Tyrias perdidit, ad chaos
Eſt raptus Stygium noctis ab angelis.
Illic Tartareis obrutus ignibus,
Hoc & ſupplicium ferre coactus eſt,
Vt mendici animam conſpiceret procul
Sublimem in ſtabili pace quieſcere.
Ad pœnæ cumulum vidit in Abrahæ
Securo ac placido iam poſitum ſinu,
Quem dudum tumido pectore ſpreuerat,
Indignum reputans alloquio & cibo.
Quid nunc ſtulte tibi diuitiæ tuæ,
Luxus, mollicies, pompaque veſtium,
Quid proſunt epulæ, lautaque pocula,
Quid mundanus honor, votaq; ſæculi?
Hæc iam ceu nebulæ vanaque ſomnia,
Atque auræ volucres, vmbraque mobilis
Sublata ab oculis omnia ſunt tuis,
Sed quod te cruciat non abolebitur.
O quàm dura fuit crux animæ impij
In tali requie cernere Lazarum:
Se vero aſsiduis diſcruciarier
Pœnarum ſtimulis, igneque perpeti:
Sed longe grauius ſupplicium (vt reor)

Flammis quòd rapidis iugiter æstuans
Solamen meruit nec minimum assequi
Guttam vilis aquæ flebiliter petens.
Hei, quem non meritò terreat æquitas
Censuræ ac rigidæ iustitiæ Dei:
Lymphæ non potuit stillam adipiscier,
Qui micas inopi non dederat prior:
Damnato sed enim pœna grauissima
Est (ni fallor) adhuc, quòd nihil impetrans
Ex his quæ petijt diuite ab Abraha,
Læsus præterea est hoc etiam probro.
Sis iam nate memor quòd bona labili
In vita positus multa receperis,
Cùm pauper lacero corpore Lazarus
AEdes ante tuas deficeret fame.
Nunc contra solidis hic fruitur bonis
Ad miram requiem ductus ab angelis,
Dum tu Tartareis ignibus æstuans
Pœnarum obrueris pondere iugiter.
Ah, quàm dura fuit, tristis, & aspera
Vox hæc in stolidi diuitis auribus:
Omni (non dubito) perculit acrius
Tormento, tonitru, & fulmine perditum.
Horrendum timeant iudicium Dei,
Qui nunc triticeo polline victitant,
Hoc est, delitijs omnibus affluunt,

Fune-

Digitized by Google

Funeſtumq; nihil vel graue ſuſtinent.
Ne (ſiquid faciunt nunc operis boni)
Illis retribuat pro merito Deus
Quanuîs exiguo præmia iam ſua,
Terræ vilis opes, fluxaque gaudia.
Sed quæ poſt modici temporis horulam
Vertentur miſeris in graue & horridum
Ignis perpetui ſupplicium & famis,
Iuſto iudicio nec reuocabili.
Ah, quàm difficile eſt, vt bona plurima
Hîc quis poſsideat, deditus otio
Et mundi illecebris, poſtque breuem moram
Ad menſas ſuperûm tranſeat ebrius.
Imò (ni fugimus vera faterier)
Nulli poſsibile eſt delicijs frui
Securum hîc auida mente fugacibus,
Et cœli pariter gaudia conſequi.
Certamen famulis ſcilicet arduum
In mundi ſtadio propoſuit ſuis
Cœlorum dominus, pollicitus dare
Cunctis pro merito digna ſtipendia:
Vt qui non tepidè vim ſibi maſculam
Auratisq; poli ſedibus inferunt,
Quo gratum exhibeant obſequium Deo,
Æternæ rapiant præmia gloriæ.
At qui delicias lucraq; ſordida

Toti nunc animo degenere expetunt,
Commutent ſubitò lætitiam breuem
Ignis perpetui mille doloribus.
Ah, quàm ſunt ſtolidi, quàm miſerabiles,
Qui florere breui temporis hîc mora
Dum ſtultè cupiunt, inclyta perpetis
Regni non metuunt tot bona perdere.
Ne quis tam miſerè deſipiat (precor)
Vt propter Venerem, crapulam, & aleam,
Faſtum, ac delicias, raptus ad Inferos,
Se cœli faciat ſedibus exulem.
Sectemur potius (ſi quid adhuc bonæ
In nobis ſupereſt mentis) Apoſtolos,
Et caſto teneras corpore Virgines,
Infractoque animi robore martyres.
Quos crebris ſtimulis dulciter excitans
Demulcensque ſacri flaminis vnguine
Seruator monuit terrea quælibet,
Mollesque illecebras ſpernere corporis.
Vt poſtquàm (nihili ſceptraque regia
Ducentes & opes) proſpera & aſpera
Viciſſent, famulis ampla fidelibus
Pro vitæ merito præmia redderet.

CHRISTO

CHRISTO
recens nato.

Qvis ſacer iſte (precor) tener eſt et amabilis infans,
Illuſtrans rutila nocturnas luce tenebras,
Quem nudum in gelida cerno tellure iacentem?
Quis puer hic, cuius torpentia frigore membra
Dum glaciale gelu terras & flumina ſtringit
Vilibus inuoluit pannis paupercula mater?
Quiſnam perfuſus lachrymis dulciſsimus iſte
Puſio, quem fœno genitrix ſtudioſa recondit,
Vt tenerum poſsit tutari à frigore natum?
Scilicet hic regum rex eſt, dominusq; gehennæ,
Æquoris & terræ, celſi moderator Olympi,
Aſſertor generis noſtri, terrorque ſathanum:
Qui veterem à forti properabit tollere prædam,
Vaſaque diripiens proſtratum vinciet hoſtem.
Quã noua, quæ ſupra ſenſum hìc miracula cerno?
Quàm longè ſuperant hæc noſtræ mentis acumẽ:
Indigno mihi parce precor, quòd ſordidus auſim
Compellare tuum ſanctiſsime puſio numen,
Túne ſalus hominum? tu vaſti cõditor orbis,
Humani generis vindex, ſummusq; monarcha?
Túne manu pontum claudis, cœlum, aëra, terras,
Proq; tuo placidè ſolus regis omnia nutu?

Túne trucem mundi dominum veterēq; tyrannū
Ablatis illi ſpolijs in vincla retrudes?
Longè alium certè noſtris te obtutibus offers
Quàm qui terribiles poſsis ſuperare ſathanas:
Quàm tener, imbellis, fragilis, pauperq; videris
Abditus in fœno duri præſepis & arcti:
Ergóne rex es tu? ſtabuli qui vilis olenti
Ac gelida in ſpecu tenui male tectus amictu
Brutorum miti afflatu panniſq; foueris,
Ne lædant tenerum glacialia frigora corpus?
Solicitámne premit paupertas tanta parentem,
Mollius vt nuſquam dominum telluris & vndæ
Autoremq; ſuum meliusq; reponere poſsit,
Quàm ſtolidi ac ſtupidi ante pedes aſiniq; bouisq;?
O pietas, ô mira fides, ô pondus amoris,
Quæ regem cœli traxiſtis ab æthere ſummo,
Vt noſtræ carnis fœno veſtitus, ad atrum
Vſque & olens ſtabulū mundi deſcenderet huius.
O quantum ingratos mitiſsime factor amaſti,
Pro quibus à primo mortalis origine vitæ
Atroces vſque ad pœnas mortemque cruentam
Tam duros vltro voluiſti ferre labores:
Quas tibi pro tanto perſoluet munere grates
Humani generis per te ſeruata propago,
Tamq; diu optatæ iam compos facta ſalutis,
Inclytè, ſanctè, potens, inſons, & amabilis infans?

Nulla

Nulla profectò dies meritò deberet abire,
Qua tibi certatim dulces non pangeret hymnos
Omnis vbique ordo, populus, gens, sexus & ætas:
Expendens animo memori tua maxima dona,
Per quæ parta salus homini cœlumque reclusum:
Immemores sed enim tantæ pietatis, amoris
Ac fidei in nostrũ genus, heu, q; plurima turba
Ingratæ plæbis, cleri, procerumq;, patrumq;
Pocula cum lautis sectatur & otia mensis:
Et quasi nil magni pro nobis fecerit orbis
Conditor, in mundũ veniens peregrinus, & exul,
Nudus, egenus, inops, & acerbo frigore tortus
Indulgent Veneri, & Baccho, pigroq; sopori,
Tempora perdentes nugis, ludisq;, iocisq;.

NAVIGATIO.

ET tua maiestas omni dignissima laude
Nullum nõ merito nostri sibi cordis & oris
Exigit obsequium, rutuli ter maximè cœli
Conditor & terræ: qui solus cuncta gubernas,
Quæ virtute tui pulcherrima & optima verbi
Vnus ab annosi formasti temporis ortu:
Et mihi (quantumuis indigno & prorsus inepto
Qui præcelsa canam summi miracula plasmæ)
Nec desiderium, nec prompta aliquando voluntas

Deso-

Deforet, ad grandi celebrandum electa cothurno
Auctoris Dominiq; mei numeroſaq; dona:
Si mihi ſuppeterent iuſtæ ad ſublimia vires
Immenſi reſonanda Dei præconia: verùm
Ad tantæ molis quis opus ſuffecerit ingens?
Quis dotes rex magne tuas, quis munera nobis
Quæ nunquam ceſſas larga tranſmittere dextra
Enumerare queat? verbíſue æquare canendo
Quanta ſit in vilem tua munificentia limum?
Non ea vis animis noſtris, nec gratia linguæ:
Vt tua mortales inter præconia quiſquam
Pangere pro meritis poſſit, non carmine ſolum
Sed verbis etiam metri ratione ſolutis:
Scilicet obruimur numeroque & mole bonorum,
A te ſuſcipimus quæ plurima & optima ſemper
Nec tua maieſtas eſt ſenſibus obuia noſtris,
Vt penitus rapido captos inflammet amore:
Cuius per fidei lumen vix cernimus vmbram.
Immemoris ſedenim cum craſſa oblivio mentis
Summe inuiſa tibi prorſusque odioſa feratur,
Et ſignum vere ingrati ſit cordis apertum
Diſſimulare tuas, parui vel pendere dotes,
Quæque bonis nunquàm ceſſas dare dona maliſq;,
Laudibus hoc etiam libet amplũ aſcribere munus
Magne, potẽſque tuis liquidarum rector aquarũ,
Non paruum exiguis numeris celebrando fauorẽ:

Tam

Tam facili dederis mihi qui transmittere cursu
Oceani immensos per tot vada cærula tractus:
Dum salis ignoti flagro procul ire per vndas,
Vt peterem extremo terras sub sole iacentes.
Venerat ad nonas octaui mensis ab illo
Qui viridi rursus conuestit gramine campos,
Martis nomen habens, extremaque brachia libræ
Lustrabat Phœbus, cum nauim admissus inamplã
Conspicuamque tribus speculis, securus & expers
Quæ passim occurrant subeunda pericula nautis,
Commisi fragili me ligno, fluctibus, auris.
In mare qua Schaldis violento proruit æstu:
Solis vt occidui positos sub cardine montes
Insuetum per iter peterem rudis incola ponti:
Postridie ingressi vasti maris æquora septem
Expansis latè velis captauimus Euros:
Holcadis à celsa puppi qui fortiter vsq;
Spirantes pepulêre ratem sublimia propter
Littora, quæ scopulis passim candentibus albent:
Longo terrarum tractu qua diues & auri
Et niuei pecoris, pinguiq; vberrima gleba,
Inclyta veliuolum distenditur Anglia ad æquor:
Heu, quibus & quantis agitata subinde procellis
Donec auita daret regni tibi sceptra paterni
O Maria immensum decus & spes vna tuorum,
Diuino tandem præfecta fauore Britannis.

Hinc

Hinc vada per vasti pelagi spacioſa volantes,
Turgida dum complent Aquilones vela ſecundi
Gallorum ad læuam ſinuoſa reliquimus arua:
Nil vſquã præter cœlum fluctusq; videntes,
Nonnullasq; rates quæ per maris alta natábant:
Poſt tres inde, reor, viſi conſurgere ſoles
Obſcuri procul è vasto ſunt gurgite montes:
Ac ſe paulatim protendere littora late
Martia qua ſiccas Hiſpania reſpicit Arctos:
Confeſtim velut igne nouo feruescere ſolem
Senſimus & radijs nos exhilarare coruſcis:
Sub rigido vt ſueuit populos Aquilone repoſtos
Syderis igniuomi rutilo mulcere calore,
Cum Geminos Tauro parat illuſtrare relicto:
O quàm grata maris facies erat illa ſereni
Proſpera cũ raperẽt properantẽ flamina puppim,
Et Phœbus nitido radiaret deſuper ore:
Blanda videbantur mihi tempora Veris amœni
Gratáq; frondentis Maij redijſſe ſerena:
At poſtquam elapſis iacuerunt languida ventis
AEquora, vix vſquam ſeſe glomerãtibus vndis
E terra volucres laſſæ aduenère propinqua,
Tranantes longis diſcurſibus ætheris auras:
Quæ liquidum per inane vagæ, feſſæq; volando
Non ſemel in ſorulos pandæ cecidere carinæ:
Vidimus hinc tenuẽ veluti prorũpere nimbũ

Sæpius

Digitized by Google

Sæpius è pelago denſumue emergere rorem:
Cuius ego cauſam nebulæ cum diſcere vellem
En tibi balenas, referebant, aſpice porro
Vt rutilo obuertant immania corpora ſoli:
Sed me de patulis efflatam naribus auram
Spectantem nihil extra vndoſum cernere fumũ
Obtuſi ſuêre oculi: quantumlibet omni
Conarer ſtudio maris hæc portenta videre,
Crebra per Hiſpani quæ littoris æquora oberrãt:
Vidimus & facili ſulcantes cærula lapſu,
Subſultare agiles ſalſis delphinas in vndis,
Præſtantes velut officium & ſpectacula nobis,
Proq; ſuo modulo properanti applaudere puppi:
(Ni fortaſſe rudis viſis in piſcibus erro,
Squãmigera vt nobis male ſunt animantia nota)
Qui ſimul atq; ratem blando tetigêre rotatu
Inde pererrantes liquidi maris æquora, ſenſim
A noſtris oculis ſe ſubduxêre natando:
Quid memorẽ? quoties ſteterit ĩmota profundi
In placidi morem ac languentis marmora ſtagni:
Humanis tanquã pedibus mare ſterneret vndas,
Ac ſe præberet noſtris calcabile plantis:
Et quantum eiecti capiendis piſcibus hami
Ex pelago prædæ ſtudio rapuêre ſagaci,
Dum ſtaret nullis turbatum flatibus æquor
Laxaq; penderent ſubductis carbaſa ventis:

Vas certè exiguo non paruum tempore ſcombris
Nauales ſocij propè compleuêre, ſereni
Dum maris illa quies nautas curſumq; moratur:
Tam bene fœlices horis fortaſſe duabus
Piſcati fuerant Vllis ſine retibus hami.
Non Vacat hic multis duros narrare labores
Nautarum, curasq; graues, ſtudiumq; ſecundos
Captandi Ventos, dum proſpera flamina cernunt
Aduentare procul, non ſegniter omnia in altum
Suſtolli & raptim diſtendi Vela iubentes:
Tum quàm difficili curſu crebroq; recurſu
Vertere in obliquum fuerit Vaga Vela neceſſe,
Ante Tagi fluctus quàm laſſa carina ſubiret:
Præbuit hæc fermè nobis ſpectacula pontus,
Saxoſæ donec ſuperatis faucibus oræ
Venimus incolumes optati ad littora portus:
In latere aprici pendẽs Vbi plurima montis
Subiectumq; Tagum, Vicinumq; aſpicit æquor
Occidui regina maris prædiues Oliſipo.
Imperium extremos quæ late extendit ad Indos:
Trãs Hypanĩ procul & Gangẽ victricia ſemper
Longius arma mouens æſtiui ſolis ad ortum:
Legibus Vt Chriſti ſubdat, quos Marte ſubactos
Fœdere Vel iunctos idola relinquere ſuadet
Nunc (age) ſis Vt grata pio mens noſtra parẽti
Decanta meritis læto illi carmine laudes,

Eximio

Eximio cuius peragrauimus ampla fauore
AEquora, & à ſæuis immunes vſq; procellis
Venimus ad mundi fines Phœbumq; cadentem,
Hybernis mire tranquillas menſibus oras:
Ad loca vix niuibus vix acri obnoxia brumæ
Muta iacent quãdo in noſtris & flumina terris:
Vitiferos inter montes ſcopulosq; pereſos
Qua Tagus vndoſo proſerpit in æquora fluxu,
Creditus auriferis Tagus olim diues arenis:
Venimus ad patriam, glacies vbi dura niuesque
Eſſe hyeme & media res prodigioſa videntur:
Fœlices nimium, Boreas dum ſæuit & Eurus,
Occidui tractus: vbi plurima fructibus arbor
Stabat onuſta ſuis, & adhuc vmbroſa virebat
Floribus & foliis ac fœtu diues opimo:
Horrida dũ glacies & nix premit omnia, pigro
Quæ plauſtro ſubſtrata rigent Aquilonibus arua:
Vidimus immenſo ſtagnantem gurgite pontũ
Canaq; torquentem late vada murmure rauco,
Sed placidum nobis & verſicoloribus vndis
Sole ſub auricomo tremulum pingentibus æquor
Mitia ſternentem properanti terga carinæ:
Ipſe opifex rerum (non AEolus aut Neptumnus)
Vndiſonum mare qui ſolus cœlumq; gubernat,
Perpetuo faciens ab amico Oriente ſecundos
Spirare, ac iunctos Boreæ fœliciter Euros,

Illæſos

Vas certè exiguo non paruum tempore ſcombris
Nauales ſocij propè compleuêre, ſereni
Dum maris illa quies nautas curſumq; moratur:
Tam bene fœlices horis fortaſſe duabus
Piſcati fuerant Vllis ſine retibus hami.
Non Vacat hic multis duros narrare labores
Nautarum, curasq; graues, ſtudiumq; ſecundos
Captandi Ventos, dum proſpera flamina cernunt
Aduentare procul, non ſegniter omnia in altum
Suſtolli & raptim diſtendi Vela iubentes:
Tum quàm difficili curſu crebroq; recurſu
Vertere in obliquum fuerit Vaga Vela neceſſe,
Ante Tagi fluctus quàm laſſa carina ſubiret:
Præbuit hæc fermè nobis ſpectacula pontus,
Saxoſæ donec ſuperatis faucibus oræ
Venimus incolumes optati ad littora portus:
In latere aprici pendẽs Vbi plurima montis
Subiectumq; Tagum, Vicinumq; aſpicit æquor
Occidui regina maris prædiues Oliſſpo.
Imperium extremos quæ late extendit ad Indos:
Trãs Hypanĩ procul & Gangẽ victricia ſemper
Longius arma mouens æſtiui ſolis ad ortum:
Legibus Vt Chriſti ſubdat, quos Marte ſubactos
Fœdere Vel iunctos idola relinquere ſuadet
Nunc (age) ſis Vt grata pio mens noſtra pareti
Decanta meritus læto illi carmine laudes,

Eximio

Eximio cuius peragrauimus ampla fauore
AEquora, & à ſæuis immunes vſq; procellis
Venimus ad mundi fines Phœbumq; cadentem,
Hybernis mire tranquillas menſibus oras:
Ad loca vix niuibus vix acri obnoxia brumæ
Muta iacent quãdo in noſtris & flumina terris:
Vitiferos inter montes ſcopulosq; pereſos
Qua Tagus vndoſo proſerpit in æquora fluxu,
Creditus auriferis Tagus olim diues arenis:
Venimus ad patriam, glacies vbi dura niuesque
Eſſe hyeme & media res prodigioſa videntur:
Fœlices nimium, Boreas dum ſæuit & Eurus,
Occidui tractus: vbi plurima fructibus arbor
Stabat onuſta ſuis, & adhuc vmbroſa virebat
Floribus & folijs ac fœtu diues opimo:
Horrida dũ glacies & nix premit omnia, pigro
Quæ plauſtro ſubſtrata rigent Aquilonibus arua:
Vidimus immenſo ſtagnantem gurgite pontũ
Canaq; torquentem late vada murmure rauco,
Sed placidum nobis & verſicoloribus vndis
Sole ſub auricomo tremulum pingentibus æquor
Mitia ſternentem properanti terga carinæ:
Ipſe opifex rerum (non AEolus aut Neptumnus)
Vndiſonum mare qui ſolus cœlumq; gubernat,
Perpetuo faciens ab amico Oriente ſecundos
Spirare, ac iunctos Boreæ fœliciter Euros,

Illæſos

Digitized by Google

Illæsos vada cum scopulis transcurrere fecit:
Cæruleosq; iubens nusquam se extollere montes,
Iniecit rapidis frenos & claustra procellis:
Temperiemque adeo demisit in æquora vernam
Hybernas atro pluuias cum turbine pellens:
Præsertim extremæ nebulosa cacumina postquàm
Vidimus Hesperiæ paulatim emergere ponto:
Nec nos in terris Phœbi calor ille reliquit
Detractis postquàm velis quæsita per altum
Littora contigimus, lætique subiuimus ampla
Mœnia fluctiuagi referentia nomen Vlissis:
Vidimus hic etenim gelidæ per frigora brumæ
Igniuomum solem semper rutilare serenum,
Ac placido campos hominesque ardore fouentem:
Post aliquot nisi quòd menses semel vnus & alter
Tréue dies sitibunda optato arua imbre rigarũt:
Vnde in cisternas etiam specusque capaces
Quas biberet populus defluxit copia aquarum.
Vidimus & lunam iugi splendore nitentem
Ire redire vagam: tacitasque micare per vmbras
Candida vix vllis obnoxia nubibus astra:
Vt pluuiam & piceo stridentes turbine nimbos
Cum glacie in nostris oris liquisse viderer:
Et quanquam gelidas noctes quoque sensimus illic
Ac matituno torpescere frigore membra:
Perfusis tamen optato iam lumine terris

Phœ-

Phœbæo tantus calor emanabat ab orbe,
Vt soli obuersis, illoque tepentibus igne
Non alio esset opus corpus refouere camino.
Vidimus hic demum peragrates oppida quædam
Omne genus nigros homines fuscosq; quotannis
Qui Lybiæ extremis venum ducuntur ab oris:
Addicti dominis opera vt seruilia quæque
Assiduò faciant indefessoque labore,
Omnibus ad nutum semper parére coacti:
Qui dum Lusiacos portus & littora primum
Attoniti & nulla contecti veste subintrant,
Quamminimum sanè à brutis differre videtur:
Nec secus ac mutæ pecudes per compita oberrant,
Exculto donec paulatim pectore & ore
Induerint Christum purgati fonte perenni.
Sed quorsum serimus tot frugis inania verba?
Aut mihi quid fructus adfert, vel proderit vnq;
Atrorum vidisse hominum tam densa per vrbes
Agmina Lusiacas nusquam non obuia, seu quis
Oppida perlustret, seu rura per hirta vagetur?
Hic longi excursus saltem mihi terminus esto,
Vt tandem explosis succedant seria nugis:
Multa quidem (fateor) quæ non indigna relatu
Tum fore censebam, terraq; mariq; fuêre
Obuia, corporeos blandè mulcentia sensus
Occiduo ignotus donec versabar in orbe:

Digitized by Google

Sed paulò mihi post eadem vada lata remenso,
Tam longo cursu quæ commoda digna tulerunt
Friuola tot vani(precor) oblectamina cordis?
Cùm male compositis affectibus inde redirem
Ad veteres stimulos, curas, discrimina, pugnas:
Omniáq; in fumos iampridem aurasq; fugaces
Transierint, mihi lætitia quæ pectus inani
Scalpebant, auido nimis ad spectacula fluxa
Quæ sensim vacuas faciunt syluescere mentes:
Quid prodest rursus, quassatum turbine nullo
Transisse Oceani vastas fœliciter vndas
Nusquã perpessum nimbos, hyemisq; procellas?
Cum longe alterius freta nũc per turbida voluar,
Insani maris & vario discrimine pleni,
Cuius perpetuis feruent vada concita ventis:
Bis transmissa quidem fœlici spumea cursu
Cærula sunt nobis, ventisq; impulsa secundis
In portum saluas vexit ratis ardua merces:
At nos interea nostri salis æquor arantes,
(Hoc est mortalis vitæ mundiq; fugacis
Fluctibus impliciti) quæ non mala, bella, tumultus
Ancipitésq; pati casus sumus atq; pericla
(Iactamur crebra dum tempestate) coacti?
Quantáq; adhuc cingũt miseros discrimina vltq;
Per rapidũ hoc pelagus male sarto lyntre vagãtes.
Per freta præsentis, dico, infidissima vitæ

Euripi

Euripi instabiles longè superantia fluctus:
Per varios (inquam) mundi miserabilis æstus:
Qui licet innumeris sit plenus vbiq; periclis
Illecebris tamen vsq; suis ita fascinat ægros,
Suspectas inter mens crebro vt dormiat vndas,
Quolibet inualidam puppim impellentibus auris:
Sed procul illius à patriæ florentibus aruis,
A prima mundi quam summus origine princeps
Æternam electis sedem super astra parauit.
Ah, quoties nimium cœlo ventisq; secundis
Confisi, abiectis vasta inter cærula curis
Stertimus, & canos fluctus voluentibus Euris
Tranquillo velut in portu dormimus & acta,
Securi quo se ventorum flamina vertant:
Quã sæpe excutimur bene cœpti à tramite cursus,
Dum versare gubernaclum graue ducimus, inter
Luctantes rigidis dubios Aquilonibus Austros:
Quantorum nobis sumus ipsi causſa malorum
Marcida tradentes funesto lumina somno:
Sentinam quando putrem exhanrire grauamur,
Rimosam sensim nauem quæ mergit in altum:
Quæ non occurrunt ponto discrimina in isto
Monstraq;, piratæq; & acerbo prælia ab hoste?
Qui ferus, & flagrans odio, rabieq; nocendi
Hoc in vesano furibundus gurgite regnat:
O vere infidum pelagus, vix summa iacentis

Crispentur quamuis elementi terga, & amico
Mite velut stagnum incautis arrideat ore:
Abdita nam præsens tegit intra viscera letum:
Nulla fides mundo quantumuis prospera mē lax
Promittat stolidis, nec tutum credere vitæ
Istius incertæ placidis succesibus vnquam.
Blanda etenim facies strati maris illa, quiesq;
Alta sali nusquam tollentibus æquora flabris
Hei, quantos intus montes abscondit aquarum:
Qui (simulatq; graues pelago incubuêre procellæ)
In breuia & syrtes violento turbine raptas
Illiduntq; vadis laceras merguntque carinas:
Aut certè tanto conuoluunt impete pontum,
Mercibus amissis vt vix euadere mortem
Possit, ab irati qui voluitur æquoris æstu:
Spumea tam rabidi subuertunt cærula flatus.
Quid mihi nunc igitur veri solaminis adfert,
Tam varios inter casus dum versor & hostes,
Vndisoni canos fluctus superasse profundi,
Aduersis nusquam classem abripientibus auris?
Quid spectasse leues vmbrosis ludere in vndis
Delphines, merso dum surgunt sole tenebræ,
Paulatim adnantes vnctæ saltando carinæ?
Quid placidam Veris iuuat inuenisse per altum
Temperiem, & blandos hybernis mensibus æstus?
Occupet æstiuis mihi cum non rarò diebus

Acre

Acre gelu languentẽ animũ constrictaq; corda,
Vixq; operum exiguas ualeat proferre bonorũ
Spiritus ante Deum fruges: torporis opaci
Tristis hyems pigro dum stringit frigore inertẽ,
Curarumque graues nebulæ præcordia mordent.
Quid prodest uarijs opuleatos fructibus hortos
Conspexisse? & ab arboribus pendentia mala
Medica cum pomis, alijs? quorum mihi nomen
Ignotum & uirtus, illic quæ plurima nobis
In medio licuit glacialis carpere brumæ:
Quid grandes rursus lauros, gracilesq; cupressos,
Castaneas, ficosq; humiles, nec cognita uulgo
Robora saxosis uidisse frequenter in aruis?
Puniceumq; suber fungoso cortice tectum,
Ac steriles palmas, passimq; in montibus hirtis
Et per agros frondens lignum pallentis oliuæ?
Incultæ sterilis mihi si mens instar erẽmi
Squallet adhuc crebrò, lappisq; & sentibus horret?
Vix ullo fructu, lætóue ornata uirore.
Nil sanè mihi iam prodest breuis illa uoluptas
Omnis in Occiduis quam suxi finibus hospes,
Corporeosq; oculos toties pauisse nouarum
Pellaci rerum illecebra: nisi quatenus illæ
Torpentem potuêre animum stimulare superni
Principis ad laudes, & summi regis amorem
Ex operum ipsius specie miroq; decore:

Nec quicquàm ſolidi fructus mihi fluxa tulere
Gaudia (dum varias hominum cũ moribus vrbes
Fixius inſpicio) cœli vel grata ſerena:
Nubila cum vani non poſſent lumina cordis
Excellens illud multumque optabile cuiuis
Tranquillo & mundo ſpeculari pectore lumen,
Quo deus innocuas gaudet perfundere mentes:
Dulciter illuſtrans penetralia cordis & vrens,
Scintillasque aliquot dans hîc ſentire beati
Illius ardoris, cuius vaſtiſsima fornax
Iugiter accendit flagranti lampade diuos
Ignibus immenſi ſuccenſos ſemper amoris:
Cum mihi ſola proin lamenta preceſq; ſuperſint
Non paruo libet affectu exclamare gemendo.
O mihi poſt tenebras & ſplẽdida ſomnia laſſo
(Vita quibus præſens mundusq; inuoluitur iſte)
Sol quando ille dabit ſe clara in luce videndum:
Eſt ſe dignatus qui lucem dicere mundi,
A cuius cælare poteſt ſe nemo calore:
Ille quidem æterno ſpecioſus lumine, viuis
Non ceſſat radijs corda illuſtrare ſuorum
Sedibus æthereis quotquot dignabitur olim:
Ipſe ſed oppreſſus craſſæ ferrugine noctis
(Quam mihi iam longo congeſſi incurius vſu)
Vix ſinor exiguæ veſtigia cernere lucis,
Tanquam diſcurrens denſa inter nubila fulmen;

Nimi-

Nimirum lippos oculos cum mentis opacæ
Sic miseræ istius obtenebrent contagia vitæ,
Vt vix diuini scintillula luminis vna
(Quæ rapido inflammet gelidas ardore medullas)
Inter tot nebulas liquido mihi fulgeat igne.
Fœlices tristi quibus hac ex valle laborum
Ereptis, iubar æterni fulgoris amœnum
In summi regione poli se ostendit aperte,
Aurea translatis placidi ad pallatia cœli:
O mihi si rutilos montes atque illa videre
Florida contingat nitidi viridaria Olympi
Semper ab Arctoo liberrima frigore, & æstu,
Ventorumq; minis, tempestatumque furore:
Errantemque procul loca per salebrosa, lutumq;,
Inclyte pastor ouem ducas vberrima ad illa
Pascua nectareo semper manantia rore,
In quibus electos iugi dulcedine pascis.
Non tamen hoc ingens posco temerarius vllis
Pro meritis donum, quasi dignum munere tanto
Me post tot lapsus & perdita tempora credam:
Sed quia multa tuis gaudes dare dona benignus
In cœli quibus omne bonum regione parasti,
Nulli quantumuis indigno viscera claudens.
O vtinam istius post plurima tædia vitæ,
Totque procellarum tristes dubiosq; tumultus,
Illius optatæ ventis intrare secundis

Securo liceat portus & littora terræ,
Est vbi perpetui semper noua gratia Veris:
Lætaq; carpenti placidi iam limina tractus,
Larga mihi tribuat miseratio dulcis Iesu
Cernere, quæ votis nõraro ardentibus opto,
Dum mœstum istius capiunt fastidia vitæ:
Non vti vasta sali sulcantes arua carinis
Ingenti procul è pelago nebulosa videmus
Paulatim sese proferre cacumina, & alto
Obscuros sensim montes emergere ponto:
Sed magis ætherei speciosam principis aulam
Perpetuo immensi radiantem luminis igne,
Atriaq; innumeris latè splendentia gemmis
Tranquilla faciat securum mente tueri,
Florida deuectum cœlorum ad littora tandem.
Fœlices qui nunc illo sua vota frequenter
Extendunt, spe diuini subnixa fauoris:
Velaq; solerti sic flectunt omnia mente,
Illius vt terræ portus intrare beatos
Flaminis æterni zephiris fœlicibus acti
Post tot solicitos mereantur pectoris æstus,
Bellaq;, sudoresq;, cathenatosq; labores:
Illius (dico) patriæ placidissima regna,
Quo nunquã penetrant nimbi, glacies q;, niues q;:
Nec quicquam est vllo diuis ex parte molestum:
Exulat acre gelu, calor immoderatus & algor,

Bella

Bella, metus, curæ, morbi, dolor, ira, tumultus,
Aruáq; non turbant vllæ tranquilla procellæ:
Plurima diffundens vbi diuite copia cornu
Munera & vbertim bona spargẽs optima vbiq;,
Mille voluptatum species, conditáq; opimis
Gaudia delicijs momenta per omnia fundit:
Est vbi demum animis statio fidissima nostris,
Imò omni portus studio quærendus & arte,
Quatenus humanæ possunt se extendere vires:
Post quã optata quies non est speranda, salusq;
Flebilis exilij lugubri in carcere nobis.
Hæc inter sedenim ne spes frustretur inanis,
Ignarosq; viæ nos vota calentia fallant,
A ducibus cœlum doctis, pelágiq; peritis
Ancipiti & longo in cursu pendere necesse est,
Illorumq; magis dictis quàm credere nobis:
Proxima nã rudibus, facilíq; petenda labore
Vernantis semper cœli læta arua videntur,
Ceu quoddam fœlix Latium sedesq; beatæ:
Indoctosq; freti non raro subdola fallunt
Gaudia, celsa poli quasi iam pede limina pulsent,
Insoliti si quid forsan sensere caloris:
Illos præsertim quibus aspirare secundi
Incipiunt zephiri, luduntq; ad vela frequentes
Vix bene cum veteris liquere piacula vitæ:
Longa tamen longis (vt vates maximus insit)

Illinc

Illinc ignaros via diuidit inuia terris:
Inuia desidibus stolidisque ignota malisque,
Nec nisi post varios tandem inuenienda labores,
Iugiter aspirent grauibus modo numina cœptis:
Huc etenim tepido dum vela intendimus ausu
Cunctantésque, pigríque, & nostro robore freti,
Hei, quàm sæpe vagi cæcis erramus in vndis.
Excutimur quoties à recti tramite cursus,
Dum vigili Arcturum cura obseruare, notasque
Ventorum, cœlique minas, pelagique fragorem
Negligimus, donec tempestas occupet atra
Incautos, pellens ad inhospita littora quassam
Disiectamq; ratem, glomeratibus æquora ventis:
Vnde fit, vt crebro patiamur damna viarum
Maxima, & æternæ discrimina mille salutis,
Optamus patrios dum frustra surgere montes:
Blanda etenim pulchræ nũc consuetudo Calypsus
Heu, multi nobis dispendia temporis adfert,
Otia dum vacuo sectamur inertia corde:
Nũc patriæ immemores reddit nimis hospita Lo-
Corporis illecebras & gaudia fluxa sequẽtes: (thos
Nunc cæcas rapere in cautes nos Scylla laborat
Obtrectatores latratu imitata canino:
Atque vtinam diræ gustemus lurida nunquàm
Vel gustasse olim libuisset pocula Circes:
Quæ salua facie humana vaga pectora mutant

In

Instolidas pecudes atque agmina sæua ferarum,
Glandileg oſque ſues, vrſoſque, caneſque, lupoſq;:
Hoc eſt, in brutos homines atque effera corda,
Infelix quorum deus eſt Venus, atque Cupido,
Venter iners, fœda ingluuies, liuorque cruentus,
Præbuerint poſtquàm muliebribus ora capiſtris
Mancipia inſulſæ facti viliſsima carnis.
Nonnunquàm & fidæ ſpoliati munere lucis
Lumina dum rutili non cernimus aurea Phœbi,
Nec prodit nitidos vſquam Latonia vultus,
Aſtraq; clauſa latẽt trenebroſæ noctis in vmbra
Ignotum per iter Siculam iactamur ad Ethnam:
Immani, & nunquàm ſaturando cæde piorum
Cyclopum populo ludibrium & eſca futuri,
Illinc ni rapiat nos ſummi dextera regis:
Luſtraque tentantes paſsim explorare repoſta,
(Obſcuros dum per ſaltus dumoſque vagamur)
Excepti inſidijs Poliphemi includimur antro:
Viſcoſos lapſi in caſſes laqueoſque tenaces
Illius atrocis ſuper omnia monſtra tyranni:
Qui trux atq; ferus, rabida implacabilis ira
Omne ſemel mortale genus diſperdere anhelat:
Vt taceam quoties in aperta pericula mittant
Heu, male ſecuros animorum ſubdola peſtis
Aſſentatores, blandis ſermonibus aures
Dum nimium bibulas ceu ſuaui carmine mulcẽt:

Sire-

Sirenes quondam incautos vt mergere nautas
Pellaci illectos cantu moduliſque ſolebant:
Prætereo ſyrtes, ſcopulos, vada cæca, Charybdes,
Mõſtraq; quæ patimur pelagus numeroſa per iſtud
Hei nimis inſanum pelagus, ſæuiſque procellis
Nuſquam non feruens, crebrisque infame periclis.
Quàm ſapiunt igitur vigili qui mente notãtes
Plurima quæ occurrunt ponto diſcrimina in iſto:
Declinare ſtudent acri ſic omnia cura,
Quãminimo vt dãno ſcopuloſa per æquora currãt.
Fœlices claſsis qui ſic moderantur habenas
Ad malum crucis inuictæ ſua vela ligantes,
Vt quanto poſſunt ſtudio nunc omnibus illam
Ad patriam neruis ac ſolicitudine mentis
Intendant curſum, quæ libera prorſus ab hoſte
Perpetuo eſt exors cunctorum ſola malorum:
Ardenti deſiderio iugiq́ue ſequentes,
Auſoniam & Latium nullis obnoxia bellis:
Eſt vbi vera pijs requieſq́ue ſaluſq́ue repoſta
Nulla vnquam poterit quam vis auferre vel ætas:
Ignitoq́ue animi feruore ſubinde ſalutant
Illam diuino manantem nectare ſemper
Sub craſſo Iſacidis promiſſam ſchemate terram:
Sublimi velut è ſpecula radiantia latè
Aurea ſpectantes cœleſtis tecta palati:
Venturiq́; alacres (nullo ſed teſte) merentur

Deli-

Deliciasque, dapesq; abstrusaq; gaudia sæcli
Nonnunquam tacito mentis libare palato:
Intra se regnum domino quia nobile Iesu
Omni contendunt studio templumq; parare:
Dum vigili secum cura nituntur amorem
Funditus extirpare sui, cunctosq; domare
Affectus, stimulosque animi, motusq; siniſtros:
Vt totos seſe possint substernere Christo
Autorique suo se plenè offerre regendos.
Ah quantum à sanctis istis (miserabile) curis
Ac desideriis absunt, mundi auia quotquot
Per freta currentes incertis sedibus errant,
Nunquam ducturi saluam ad loca tuta carinã:
Ebriaq; illecebris preſsi alto corda sopore
(Illecebris inquam carnis, rebusq; secundis)
Iactandam ventis credunt & fluctibus alnum:
Securi (heu) nimium quæ tãdem adlittora pinũ
Insanæ eiciant vndæ, nimboſaque flabra.
Hi sunt mundana quos prosperitate supinos
Semper ab æstiuo Boreas Oriente repellit
Ad veri occasum solis tenebrasque perennes:
Ille (inquã) horrẽdus Boreas, qui durus & asper
Constringit rigido sceleratas frigore mentes,
Terribilem immittens animis noctemq; hyemẽq;
Funditus extincto diuini luminis igne:
Aureus ille quibus sol occidit vnica mundi

Gloria

Gloria, lux, ſplendor, qui dulciter intima corda
Iuſtorum irradians ſenſim omnia nubila pellit.
Nequa proin ſimilis tempeſtas occupet ægrum
Paulatim impellens ad amati obliuia cœli,
Degeneres procul hinc curæ, procul ite tumultus
Mundani, & vapidæ ſpes votaq; ſordida carnis:
Spiritus vt liber ſe totum tollat ad aſtra,
Tranſcendensq; polos aciem defigat ad illa
Pro modulo ſpeculanda ſuo latiſſima regna:
In quibus omnipotens vaſti fabricator Olympi
Spectandum electis ſe dat, plenéq; videndum.
Huc omnes extende tuas mens ſedula vires,
Dulciter vt poſsis & crebrò exepndere tecum,
Qualia mulcebunt quàm denſaq; gaudia lætam,
Poſt triſtes nebulas vbi gratus fulſerit ille
Optatusq; dies, cunctis defuncta periclis
Proxima cum rades quæſiti littora regni:
(Littora nec vexata ſalo, nec ſquallida arenis,
Culta ſed omne genus virgultis, floribus, herbis)
Intrantiq; tibi dilectæ limina terræ
Et vada ſulcanti ſperati vitrea portus,
Non fuſci nigriq; homines, Garamātes & Indi,
Æthiopes, Numidæ, et Mauri, ſed ſplēdida turma
Cœlorum electi proceres, ſatrapæq;, ducesq;,
Occurrent genij aligeri, mentesq; volucres,
Ad loca ducentes æterno florida Vere:

Illi,

Digitized by Google

Illi, inquam, nitidi, placidiq́, agilesq́ ministri
Principis ætherei, qui nos seruantq́, regunt q́
Inter tot pugnas istic fraudesq́ Sathanum:
Per mundi istius volitantes cærula crebri,
Vt sanctis adsint cœptis, animasq́ piorum
(Quas piratarum manibus rapuêre cruentis)
Aurea perducant stellantis ad atria cœli.
Huc age flecte oculos, huc mens mea carbasa verte,
Supparaq́ & remos, huc clauũ iugiter vrge,
Huc animi sustolle apicem, longumque morare:
E summo velut aplustri procul arua beata
Prædensas inter nebulas rutilare videres:
Spectandumq́ daret sese illud amabile lumen
Iugiter irradians speciosa lampade diuos:
Per modicam veluti si nigro in carcere clausis
Ostendat rimam Phœbi sese aureus orbis,
Dispellatq́ suo tristes splendore tenebras,
Quatenus admittunt angustæ septa feneſtræ:
Huc studium omne tuũ vertẽs, operã, atq́ laborẽ
Inscre cor cœlis: nec cessa mittere sursum
Singultus, lachrymas, suspiria, vota, precesq́:
Donec adorandi bonitas immensa Tonantis
Intima perfusum insolita præcordia luce
Auocet in sacræ tacitam caliginis vmbram,
Illius ad raptim cernenda palatia regni.

Oh,

Oh, quantus ſtupor inuadet, quàm mellea lætã
Gaudia replebunt, quales dabis ebria plauſus:
His ſi te totam curis ſtudijsque dicâris
Calcato mundi fugitiuo flore, bonisque,
In quos prorumpes riſus mens caſſa timore:
Immenſæ ſimul ac pelagus conſpexeris ingens
Lucis, & æternæ vaſtum dulcedinis æquor,
(Nulli in quo ſcopuli vel acuto murice ſaxa)
Torrentemque voluptatis, bonitatis abyſſum,
Atque adeo nitidũ viuarum flumen aquarum:
Cuius inexhauſta gratiſſimus impetus vnda
Exhilarat cunctos ſpecioſæ & inebriat vrbis
Illius indigenas, aſcititioſque cõlonos:
Quàm blandè excipient allapſam finibus illis
Fœlices illi piſces, grex mitis & inſons:
Retis apoſtolici laqueis ad littora tractos
Quos ſua traiecit iam pridem in viſcera Chriſtus
Perpetuò aſtringens rapidi ſibi fœdere amoris:
Quam placidè applaudẽt ſaluæ poſt plurima tãdẽ
Tædia, ſudores, ſæuiq; pericula ponti
Fœlices illi piſces ſemperque beati:
Gloria quos perpes, requies, dulcedo, voluptas
Ceu quoddam pelagus rapidis abſorbuit vndis
Funditus immerſos diuinæ lucis abyſſo:
Scilicet hæc diuũm turba innumerabilis, amplã
Ordine iam miro cœli digeſta per arcem:

Quos

Quos bona munificus ſtatuit ſuper omnia priceps
Cœlorum ampliuagos quæ ſunt diffuſa per orbes:
Immemores noſtræ ſed conditionis & ortus
(Qui viles, inopesq; ſumus, pigriq;, maliq;)
Ecquo prouehimur? quorſum mens ſordida & ægra
Longè vltra proprias rapitur temeraria vires?
Quid nullis, precor, inſtructi virtutibus abſque
Remigio alarum longè ſuper aſtra volamus?
Tergamus potiùs lachrymis gemituque ſonoro
Multiplices ſcelerum maculas, lapſusque frequentes:
Incoctamq; animis ſcoriam, ſordesque vetuſtas
Certemus roſeo inſontis delere cruore
(Qui cunctas mundi noxas obliterat) agni:
Celſa relinquentes ſummi penetralia cœli
Heroicis luſtranda viris, ſanctiſque puellis:
Hoc vnum quibus eſt ſtudium contemnere grădi
Pectore, in hac quicquid fluxum eſt & labile vita:
Quiq; Deo freti toto conamine certant,
Vt nudam poſsint mentem fundumq; remotis
Omnibus obſtaclis ſupremo offerre Tonanti.

GRATVLATORIVM carmen ſuper repentina rerum mutatione in Anglia.

VEráne fama meas iãdudũ venit ad aures
Nouo & inopino gaudio mulcens pios?
De miro rerum euentu, placidáq; quiete
Quæ tam repente irrepſit in Britanniam?
An magis incerto eluſi rumore leuiq;,
Pro veritate fabulas amplectimur?
(Vt paſsim ſueuit mentiri plurima vulgus,
Referre ſemper æſtuans aliquid noui)
Teſtantur certe nos vera audiſſe triumphi
Plauſusq; gentis Anglicanæ publici,
Quæq; per Europam ſenſim præconia creſcunt
Clarumq; nomen inclytæ viraginis:
Quam Deus afflictis rebus ſuccurrere iuſsit
Paterna reddens ſceptra dilectæ ſuæ:
Quàm gratus noſtras præter ſpem nuncius omnes
Impleuit oras, nec replere deſinit,
Supremi refricans miracula regis vbiq;
Solitamq; pandens illius clementiam:
Ergóne tempeſtas illa atrociſsima longè
Qua tota nuper fluctuabat Albion

Tam

Tam ſubito è cœlis miſſa eſt ſedata quiete
Procul fugato priſtino omni turbine?
Compoſitisque maris turbati fluctibus atris
Læto omne littus perſonat celeumate?
O res in faſtos merito referenda, modisq;
Maronianis digna, digna Homericis:
Quàm cito, quàm placidè redierunt grata ſerena
Impune ventis per fretum bacchantibus,
Poſt triſtes hyemis tandem rabidasq; procellas,
Notiq; & Euri turbulenta flamina,
Lenes incipiunt Zephiri ſpirare Britannis,
Tenduntq; dulces vela iam Fauonij:
Quis (precor) hos tantos potuiſſet credere motus
Turbasq; nullo ſopiendas prelio?
Non hoc ſpondebat facies mœſtiſſima rerum,
Fremitusq; Martis & appratus bellici:
Hoſtilesq; minæ percuſſáque fœdera Gallo
Cum rege paucis admodum ſed conſcijs:
Quæq; in perniciem generoſæ virginis arma
Fuerant parata clancularijs dolis,
Ante furor ſeſe quàm vi monſtraret aperta
Lituiq; cuncta claſsicis percellerent,
Cum lectas equitum turmas, peditumq; cohortes
Præceps tyrannus in immerentem duceret:
Nequicquam intentans fugienti peſsima quæq;
Famulamq; ſecum pertrahens Britanniam:

Non arcere malum non pestem auertere tantam
Potuêre vires turbidæ mortalium:
Nec cladem extremam quocunq; repellere nisu,
Exulcerata cuncta quam portenderant:
Quæ tamen absq; vllo sic sunt placata tumultu
Cogantur omnes merito vt obstupescere:
Hauddubiè ista tuæ Deus est mutatio dextræ
Subiecta cuius nutui sunt omnia,
Qui non raro tuis tunc demum es suetus adesse
Extrema quando iam premit necessitas:
Nec spes solicitis mortalibus vlla relicta est
Nisi in benigni numinis potentia:
Crediderim sanctos, quorum illic maxima turba,
Olim patronos Angliæ atq; præsules
Assiduis precibus mundi pulsasse monarcham,
Factosq; crebro Trinitati supplices,
Gentis vt oppressæ gemitus audiret amaros,
Fideliumq; lachrymas non sperneret:
Quorum non modico torquebat corda dolore
Calcata sanctæ autoritas Ecclesiæ,
Irrisiq; pij mores ritusq; sacrati,
Et irrogata cœlitibus iniuria:
Quosq; nouas varijs in terris quærere sedes
(Non absq; grandi incommodo & periculo)
Terror iniquorum cogebat, apertaq; vitæ
Tot inter hostes subdolos pericula.

O quàm

Digitized by Google

O quàm læta tibi fœliciaq; otia confert
Bonitas ſuperna, ſi velis, ô Albion,
Vbere quæ glæba diues varijsq; metallis
Opibus ſcatere dicta es olim maximis:
Multorumq; parens diuorum & ſedula nutrix,
Quibus venuſta & ampla templa ſtruxeras.
Plaudite nec ſuperis ceſſate deoq; frequentes
Agere ô Britanni corde & ore gratias,
Qui veſtro talem regno præfecit, amica
Cuius ſub vmbra tuto agetis virginem,
Aurea poſt paucos habituri ſæcula menſes
Eius fauore mira qui ſolus facit:
Quærere perfecto dominum ſi corde velitis
Fidum reuerſi matris ad blandæ ſinum:
Atq; vti cœpiſtis, parére fideliter illi
Animoq; prompto ſemper adnitamini,
Cuius apud cunctos gratum ac venerabile nomẽ
Meritiq; honores prædicantur vndiq;:
Scilicet hæc illa eſt ſancta ac generoſa virago,
Regina vobis quæ data eſt diuinitus:
Cuius relligio, zelus, doctrina, fideſq;,
Varijsq; parta caſibus prudentia,
Nil non eximium promittit, quæq; tot inter
Aduerſa abundè innotuit conſtantia.
Præterea veſtræ ſuccenſus amore ſalutis,
Nec otioſe cocco amictus igneo,

En pius ille Polus, Roma, Latioq; relicto
Festinat ad vos ire, quatenus licet,
Pars bona & excellens supremi cardo senatus,
Comitatus amplo insignium cœtu virûm:
Iamq; Tridentini nebulosa cacumina saltus
Alpesq; fertur transiisse ninguidas,
Transgressusq; Lycum latos intrasse potentis
Campos & arua fertilisq; Sueuiæ:
Nec procul à Rheni nebuloso flumine visus,
Parans ad vrbes Belgicas descendere:
Proxima Danubio peruenit ad oppida certè
Vallesq; lætas pascuis vberrimis,
Gaudet vbi multo vestiri gramine prata
Tilinga sacris dedicata & literis:
Præsulis Augustæ decus & gratissima sedes,
Cultrix fidelis orthodoxæ Ecclesiæ:
Hoc in secessu donec cogetur amœno
Hærere summi flaminis vicarius,
Compositis sensim cunctis placido ordine turbis,
Vota offerantur feruida & preces Deo:
Illius vt gressus, curasq;, piosq; labores,
Studiumq; pacis sarciendæ prouehat.
O quàm grande bonum diuino numine fines
Tuos subibit nobilis Britannia,
Ordinis eximium summi, columenq;, decusque,
Cum magnus ille venerit tandem Polus,

Clarus

Digitized by Google

Clarus auis, proauisq́; & auito sanguine regum,
Multa sed eruditione clarior,
Illustris vitæ longè clarissimus autem
Candore, sanctitate, & innocentia:
Dura quidem, fateor, grauiter sitientibus omnis
Desiderati fontis est dilatio:
Et spes in longum multis protracta diebus
Torquere corda sueuit expectantium.
Ponite soliciti sed curas pectoris Angli,
Breuiq́; vobis adfore illum credite,
Plæraque decreto postquàm confecta senatus
Fuerint fauore cœlitum negotia:
Ad Belgas etenim mediæ per frigora brumæ
Properans niuosam iam reliquit Sueuiam:
Perq́; racemiferis contermina montibus arua
Quæ piscolento radit amne Neccharus,
Transmisso Rheni spacioso flumine Spiram
Venit, sepulchris Cæsarum olim nobilem:
Prisca Maguntiaci veteris iam tecta subiuit,
Vbi castra miles quondam habebat Romulus,
Vt germanorum turmas, populosq́; feroces
Prohiberet intra Gallias prorumpere:
Hinc (vbi misceris Rheno piscose Mosella)
Ad culta venit arua Confluentiæ:
Horrida stringentis Boreæ spiramina in ampli
Ripis fluenti passus & cœlum rigens:

Diuorum ſedem iam tranſiit Agrippinam,
Vbi requieſcunt tot piorum millia,
Vrſula cum grege virgineo confecta ſagittis,
Septemque fratres Maccabæi, ac tres Magi
Traiectum iam peruenit tranſgreſſus amœnos
Pontem per amplum vitrei fluctus Moſæ:
(Hyberno quanquam tum turbidus imbre fluebat
Vix ſe capacis aluei ſinu tenens)
Quid moror? optatæ factus iam proximus agro
Culriſque & amplis oppidis Brabantiæ,
Per veteres Tungros Muſarum venit ad arcem
Docti receptus mœnibus Louanij:
Hoſpitis aduentu tanti gauiſus vterque
Eſt ordo, clerus hinc & inde ciuitas,
Nequicquam exoptans, tantiſper vt hæreat iſtic
Tranſire donec in Angliam paret ſuam.

PRECATIO ADVERSVS CONcupiſcentiam carnis.

IMmenſe mundi factor, aſſertor, ſalus
Benigne Ieſu, gaudium, robur, decus,
Amor, voluptas, & corona virginum,
Tua quæ ſequuntur cominus veſtigia.
Flos alme campi, lilium conuallium,
Flos inter omnes floſculos pulcherrime,

Qui-

Digitized by Google

Quibus refulget floridum cœli ſolum
Violis, roſiſque ſplendicans & lilijs.
Dulcis piarum ſponſe Ieſu mentium
Agnusque ab omni labe prorſus integer,
Sponſis opimum præmium reddens tuis
Quarum cæteruis parte ab omni cingeris.
Poſt quem canentes ſingulare canticum
Stoliſque amictæ candidis virgunculæ
Caſtæ, modeſtæ, ſimplices, innoxiæ
Feruore miro & alacritate curſitant.
Te poſt peracta laureatæ prælia
Hymnis canoris proſequentes vndique,
Virtute cuius palmam adeptæ & gloriam
Dracone victo iam triumphant perpetim.
Quamuis in hortis ture, myrrha, balſamo
Caſia, crocoque ſuauiter fragrantibus
Inter roſeta gaudeas verſarier
Niuei pudoris munda carpens lilia:
Omnisque amator ſanctitatis horreas
Olidas cloacas ſordidarum mentium,
Memor caduci plaſmatis tamen tui
Ne ſperne, quæſo, hoc putre vas & fœtidum.
Mœſti ſed alta pectoris ſuſpiria
Clementer audi, pauperum ac lugentium
Spes & leuamen, anxijque peſſimos
Cordis tumultus intuere fixius.

Furore

Furore quanto fluctuantem perdere
Animæ phaselum mobilemque cymbulam
Anhelet hostis turbulentus aspice,
Qualique lassam quasset impetu ratem.
Tu cuncta Iesu præsciens, cernens, notans,
Infirma nosti languidarum virium,
Quibusque dæmon machinis ad pristinas
Reuocare sordes me laboret, & caro.
Quæ, ceu vigore destituta ac robore,
Cùm sit petulca, mollis atque perfida,
Simulac pudendæ sentit ardorem facis
Mox arma iactans, hostibus pandit fores.
Longo quod vsu doctus anguis dum notat,
Et blandiore & acriori incendio
Sensim medullis intimis illabitur,
Confœderata carne mentem saucians.
Quis autem ab hoste versipelli, ac turbida,
Et pertinaci, tot periclis & malis
Vbique cinctam protegat? nisi numinis
Benigna virtus Christe & efficax tui.
Proinde mites huc ocellos dirige
Pietate semper vberi plenissimos,
Et quem ruinæ proximum crebrò vides
Ne sperne lapsum, ne labantem defere.
Exæstuantis putidæ libidinis
Extingue flammas rore sacri flaminis

Tumul-

Tumultuantis impetum carnis grauem
Et beſtiales Chriſte motus reprimens.
Ne mollis illa, putris, impuriſsima
Animæ recluſam tradat arcem dæmoni:
Et illecebris faſcinatus perfidæ
Victus fatiſcat imperator ſpiritus.
Fons ille viuus qui rebelli in corpore
Refrigerare ſordidos motus ſolet:
Extinguat in me lenis imbre gratiæ
Ignem pudendæ torridum libidinis.
Compeſcat, inquam, fœtidam pruriginem,
Stimulóſque fœdos, noxiamq; vredinem:
Immittit ille quæ faber, qui mortuas
Ardere prunas halitu facit ſuo.
Amator ille, faxque turpitudinis
Quàm ſpurca, quàm pudenda, quàm ſcurrilia,
Et execranda purulentæ ſuggerit
Pronæq; carni talibus colludere,
A me benigne factor (oro) fac procul
Opera ipſa ſaltem fœda & obſcœniſsima,
Nec tam nefandis fluctuantẽ quâmlibet
Permitte mentem rebus aſſentirier.
Non eſt maligno namq; cura hæc vnica
Studiumq;, praua in facta nos vt pertrahat,
Sed inquinare vel cubile pectoris
Spurcis anhelat cogitationibus.

Laſſatus

Lassatus autem somnijs illis, licet
Animus furenti respuat manus dare:
Vrgere pergit attamen non segnius
Luctator acer, inquietus, pertinax.
Nunc per fenestras curiosæ mobiles
Vapidæq; carnis turbulentus irruens,
Nunc tortuosis versipellis flexibus
Repens in ima molliter præcordia.
Sic fraude tecta serpit ĩ pectus vafer
Stringens tenaci incogitãtem vinculo,
Vi sic aperta rumpit intro turbidus
Prodente lassum carne vexãs spiritũ.
Inuictus instat tortuosis fraudibus,
Idola nunc hæc, illa mox & altera
Obmurmurãti q̃slibet animæ ingerens
Suggestione multiformi & subdola.
Fallatq; q̃suis improbũ interdum sua
Spes atque frades irritæ, reuertitur
Tamen subinde fortior, nec sæpius
Licet repulsus aggredi me desinit.
Nõ cessat, inq;, virus atrũ infundere
Animum vigore donec eneruet suo,
Tentationi iam paratum cedere
Ni tu labanti Christe mox ferres opem.
Sed hoc benigne factor est frequẽs tibi,
Vt (dũ tenebris victa mens inuoluitur)

Adsis

Adſitrepentè gratiæ lumen tuæ
Triſtem repellens peſtoris caliginem.
Leniq́ue mulcens anxium ſpiramine
Tranquilliora Chriſte reddas omnia:
Diu iacere ſaucium & lapſum vetans,
Quanquam frequẽti ſemiuiuum vulnere.
Hæc æquitatis ſcilicet lex eſt tuæ,
Vt flens, gemensq́; ferre iam cogar mala
Quæ ſpontè feci, ſentiamq́; in aſperum
Mihi flagellum verſa carnis gaudia.
Belli ſed huius quis futurus eſt modus?
Quo fine tandem lucta terminabitur
Iugis duelli? dum frequenter labimur,
Contaminamur, ſaucijq́; occumbimus?
O quàm beati ſunt pudici & cœlibes,
Quàm prædicanda virginum fœlicitas:
In corde quarum conquieſcis dulciter
Illæſo ab iſtis horridis crabronibus:
Quæ carnis omnes illecebras deſpuunt
Non expetentes vlla mundi gaudia:
Te concupiſcunt Chriſte ſed ſolo frui,
Clauſæq́ue terris mente cœlos incolunt.
Beatiores turbidum quotquot mare
Iam tranſierunt fluctuantis ſæculi,
Saluiſq́; dulcem mercibus portum tenent
Ciues quieti patriæ viuentium:

Vt

Vt quis nocere nulla tempestas potest
Iam prorsus omni liberis periculo,
Nec sæuus vltra vi vel astu quolibet
Hostis subactos ad ruinam impellere.
Heu me, quousque viui imaginem Dei
Tot inquinabo cærnulentis somnijs?
Subinde gaudens in cubili pectoris
Simulachra spurcæ Cypridis reuoluere.
Quousque nostri Christe factus immemor
Labi in palustrem me sines voraginem?
Quis me lutoso prorsus exemptum lacu
De mortis huius liberabit corpore?
Nec enim quod opto, quodque mente destino
Dignis superno rege factis exequor,
Sed more ponti concitati mobilis
Præceps in altum mille pellor flatibus.
Ah, quanta castis esset hæc crux mentibus,
Et quas paratæ sustinere non forent
Mallentque pœnas, corda quàm sic pollui
Fœdas per auras gaudiorum inanium.
O quis volucres porriget pennas mihi
Tanquam columbæ? subuolans ad æthera
In arce cœli vt conquiescam spiritu,
Ab hac solutus mentis ægritudine.
Confusa namque, turbulenta, nubila,
Et inquinata sunt in hoc mundo omnia:

Et cor-

Et corpus istud putre quod corrumpitur
Menti facessit plurimum negocij.
O flos pudoris, germen integerrimum
Illius inter fœminas pulcherrimæ,
Amator ardens mitis innocentiæ,
Custosque & autor cœlibatus inclyti.
Qui florulentum Ecclesiæ per hortulum
Libenter errans lilia inter pasceris,
Flos ipse cunctis floribus præstantior,
Dulcisque fructus castitatis floridæ.
In quàm profundam (prô dolor) caliginem
Obnubilatum corruit iam cor meum,
Quantis tenebris obruit me perditæ
Princeps cateruæ, & iniquinauit sordibus.
O qui pudicis recrearis mentibus
Quas nulla carnis polluit contagio,
Fons puritatis, singularis gloria
Decus, corona, gaudiumque virginum,
Lugubris unde cantionis & precis
Iustique luctus triste sumam exordium?
Quibus expiabo victimis tot noxias,
Periurus, effrons, perditusq; transfuga?
Meritò vererer putre cor & lumina
Ad te manusque sordidatas tollere,
Nisi me suprema cogeret necessitas
Parare quauis arte gratiam tuam.

Olux,

Digitized by Google

O lux, amorque, robur, & solatium
Populi fidelis in periclis omnibus,
Spes nostra, clauus: prora, puppis, anchora
Exurge Christe, naufragantem libera.
Protende, quæso, dexteram mihi tuam,
Ne me in profundum sæua tempestas trahat,
Trepidique supra cordis vndas ambula,
Optata tandem surgat vt tranquillitas.
Tu namque ventis & procellis imperans
Rabidos frementis mitigas fluctus sali,
Canosque ponti mugientis vertices
Vetas statutos transilire limites.
Tu cùm tyranni sæuiunt crudi in pios
Atróxue acerba dæmon infert prælia,
Supra receptæ gratiæ vires premi
Tuos fidelis non sinis natos pater.
Qui portus ergo & aura fluctuantium es
Exurge Iesu, supplicem nec sic tuum
Permitte semper, æstuans velut fretum,
Tentationum commoueri flatibus.
Quousque rector fide non exaudies
Te lachrymosis inuocantem vocibus?
Quousque Iesu (cymbulam nostram sinens
Iam penè mergi) naufraganti dormies?
Quis excitatas subdolis ab hostibus
Tam turbulentas, tam frequentes, tam feras

Poterit

Poterit procellas arte vel vi qualibet
Superare, clauum & vela ni tu rexeris?
Si castitatis aureæ quis integrum
Seruare florem propriis se viribus
Posse arbitratur, turpiter seducitur
A clara aberrans veritate longius.
Cùm nemo sane possit esse continens
(Testante sancto hoc ipsum apertè spiritu)
Ni largiorem conferendo gratiam
Hoc singulare munus illi infuderis.
Infundis autem Christe cunctis hoc pijs
Frequenter atque feruidè precantibus,
Domare carnem qui laborant sedulò
Occasiones amputantes criminum.
Nam qui sopori, poculis, & otio
Vacant, petulca nec coercent lumina,
Habentque amores semper ad manum suos,
Casti ac pudici quo modo viuant diu?
Proinde donum hoc esse cum sciam tuum
Largitor alme gratiarum & munerum,
Acccedo rursus ad thronum clementiæ
Tuæ ingemiscens ex medullis intimis.
Virtus Iesu & palma dimicantium
In hoc theatro luctuosi sæculi,
Qui crebra longi post agonis prælia
Condigna reddis pro labore præmia:

Tentationis pondus en cernis meæ,
Petarq́; quantis parte ab omni ſpiculis,
Quàm prona, vilis inſuper ſit hæc caro
Ad innouanda cum dracone fœdera.
Infirmus ergo poſsit iſte vt ſpiritus
Hoſtem domare fortiter domeſticum,
Da ſpurca carnis ſpernere oblectamina,
Stimulos, tumultus, vota, pruritus, faces.
Emitte lucis ſplendidum iubar tuæ
Caliginoſæ mentis in penetralia,
Eliminatis vt tenebris horridis
Cunctæ pateſcant dæmonum fallaciæ.
Adure renes igne plenos noxio
Ardore blando ſpiritus ſanctiſsimi,
Vt ignis ignem, putidum pellat ſacer,
Amorq́; caſtus impudicum exterminet.
Cor quod libenter, quod frequenter viſites
In me creator finge & innoua meus,
Cor expeditum liberúmq; à ſordibus,
Mundum, fidele, mite, ſimplex, igneum.
Semel reuulſus aſperis vt ſentibus
Zizanijsq́; quæ cor incultum occupant,
Nouale mentis innouatum germinet
Operum bonorum caſta ſeminaria.
Mundo placentes corde ſemper vt tibi
Caſtóq; puri ſeruientes corpore,

Hic affluente repleamur gratia
Te perfruentes iugiter per sæcula.
Te conspicemur, te fruamur, obsecro,
Coram intuentes in decore te tuo,
Quem sola cernent munda corda, æquissimæ
In arce cœli diuidentem præmia.
Epulantur in qua iugiter tecum tui
Proceres, amici, filij, domestici:
Inebriati poculis vberrimis
Exuberantis perpetim dulcedinis.
Hanc in beatam me coloniam, precor,
Terramque lacte profluentem & nectare
Sion perennem, Christe duc per gratiam
A qua repellunt mille iniquum crimina:
Sion supernam dico, de qua mystici
Tam multa digna stupore libri concinunt,
Quæ fida mater omnium fidelium
Ad crebra tristem prouocat suspiria.
O celsa & ingens regis æterni domus
Super angularem structa firmiter petram,
Quæ semper omni iubilo plenissima
Modulis vbiq; laudibusq; personas.
Quoties reuoluo pace quanta & gaudijs,
In te fruantur iugiter ciues tui,
Afflante mœstam spiritu mentem sacro
Dulci madescunt vda rore lumina.

Te concupiſcit, in te anhela deficit
Mens exilire geſtiens de corpore,
Sed mox retracta mole carnis tabidæ
Curis caducis ſordidisq; immergitur,

ORATIO PRAEPARATORIA ad ſacram Synaxim,

BEnigne Ieſu, rex, ſacerdos, pontifex,
Altare noſtrum & hoſtia,
Qui temetipſum maximè gratam Deo
Semel obtuliſti victimam:
Vt nos ab omni liberos contagio
Regno perenni redderes:
Egenus, æger, hulceroſus, tabidus
Ad te venire geſtio:
Vt largitatis munus electum tuæ
Cœleſte ſumam farreum,
Illius almi particeps conuiuij
Menſæq; pluſquàm regiæ
Quã præparaſti aduerſus hoſtiles minas
Tuis Ieſu filijs:
Simulq; cunctis vt medelam congruam
A te impetrem plagis meis:
Qui corpus atq; ſauciam mentem poteſ
Curare ab omni crimine,

Ani-

Digitized by Google

Animæq; plenam ſanitatem reddere
Quantumlibet ſit languida.
Cor ardet illo myſtico paſci cibo
Viaticóque nobili,
Cuius dediſti conſecrandi formulam
Et offerendi ius tuis,
Ad huius vſq; terminum volubilis
AEtatis atque ſæculi:
Pium ſed iſtum cordis ardorem mei
Votumq; commendabile
Crebrò morantur inquietæ ſcrupuli
Sordésque conſcientiæ,
Me non ſinentes mente tranquilla frui
Pane angelorum regio:
Nam multiformis & iteratæ ſæpius
Mihi conſcius culpæ miſer
Merito timere, fluctuansq; & anxius
Compellor ingemiſcere:
Quod inquinatus cor, manus, os, lumina,
Intus foriſq; ſordeam.
Proinde veſci pane quãuis hoc ſacro
Velis frequenter hic tuos,
Mihiq; mortem commineris inſuper
Niſi viuido hoc paſcar cibo,
A tam ſalubri me tamen viatico
Cor anxium iure abſtrahit:

Iniquitatis vt ſuæ quod conſcium,
Torporis, & faſtidij,
Formidet eſcam filiorum mittere
Animæ in cloacam fœtidam:
Vah, quanta cœcæ mentis eſt ignauia,
Ingratitudo quàm grauis:
Quòd ſpiritali nudus ornatu miſer
Exorſque ſanctimoniæ,
Sic inuolutus turbidis affectibus
Cordisque ſum caligine,
Locus aptus in me nullus vt tam nobili
Amabiliq; ſit hoſpiti,
Qui gaudet inter munda & alba lilia
Mundiſsimus quieſcere:
Tam fœda namq; aliquando ſunt penetralia
Contaminati pectoris,
Vt & ipſe opacum cordis antrum putidi
Compellar exhorreſcere:
Qua ſpe ergo, vultu, fronte, vel fiducia
Tam incultus ibo ad nuptias?
Vbi mens ſupremo copulata principi
Exultat in Deo ſuo?
Magni Tonantis quo modo conuiuijs
Sanctoq; me ingeram gregi?
Cùm nuptialem non habens veſtem lacer
Sim vili opertus penula:

Hominem

Digitized by Google

Hominem vetustum nempe adhuc circumferens
Cum pristinis affectibus:
Meritóq; cogar illius miserrimi
Mihi timere ab exitu,
Qui sordidatæ propter illuuiem togæ
Proiectus est in Tartara:
Grandis profecto causſa non parui metus
Offertur anxio mihi,
Dum voluo quàm sim Christe fœdus & malus,
Et tu decorus & bonus,
Premeretq; mentem multa desperatio
Tot inuolutam sordibus
Turbata cordis verterem nisi lumina
Tua pie Iesu ad vulnera:
Et corpus illud intuerer innocens
Vbique opertum sanguine,
(Vasti quod orbis induisti conditor
Vt plasma seruares tuum)
Durisq; clauis horridæ adfixas cruci
Pro me manus innoxias,
Trucíq; apertum lancea sacrum latus,
Ferróq; traiectos pedes:
Ad quæ salutis fida nostræ pignora
Cogor frequenter currere:
Vt surgat inde nonnihil solaminis
Quo nubilum expellam metum:

Est vna namque spes iniquo & pauperi
Tua Christe acerba passio,
Mors, atque plagæ, riuulique sanguinis
Toto effluentes corpore:
Hinc læta rursus anxio fiducia
Hinc spes opima nascitur,
Considerantiquantus ardor ignea
Te charitatis vsserit
Tormenta pro me ferre qui tam atrocia
Non sis grauatus & probra,
Roseumque summo cum dolore sanguinem
Tam largiter profundere:
Memor proinde passionis, & crucis,
Cruoris, & necis tuæ,
Memor laborum, opprobriorum, & illius
Amoris ardentissimi
Quo nos amasti Christe, quamuis impios,
Nec adhuc amare desinis
Quadam refectus alacritate spiritus
Pacatior templum peto,
Aptansque sacræ me rei mundissimum
Tractare corpus audeo,
Quod virginalis ille venter ædidit
Qui semper intactus manet:
Trepiduque labris consecrare sordidis
Venerabile illud poculum,

Quod

Quod nectar omne vincit efficacia
Suauissimæ dulcedinis:
Sperans ab omni labe paulatim exui
Hoc mystico libamine,
Quo vult polorum conditor potissimum
Ab hominibus placarier:
Vt ergo dignè consecrare & sumere
Tam dia possim munera,
Benigne Iesu, mitis, ac dulcissime
Adesto supplici tuo:
Nostrasque quamuis frigidas audi preces
Dans quod gementes poscimus:
Expurga ab omni labe pectus, obsecro,
Olidique membra corporis,
Oculos, manusque, linguam, & aures lubricas,
Et quicquid in me sordidum est,
Verisque mentem teque dignis instrue
Ita iugiter virtutibus,
Vt nostra semper grata sit Deo patri
Te largiente oblatio.
¶ *O spes, salusque nostra, mundi sanitas*
Cui cedit omne noxium,
Cunctis mederi qui statim languoribus
Quamuis vetustis es potens,
Dignare carnem tabidam, & cor languidum
Suo vigori reddere,

Hoc

Hoc efficaci pharmaco ac medicamine
Quod sumere indignus paro,
Vt possit æger panis esu cœlici
Sic roborari spiritus
Laborioso par sit vt certamini,
Nec corruat sub pondere,
Tentationum mole fractus, & graui
Iugis duelli sarcina.
Et innouetur passionis vis tuæ
In corde vano & lubrico.
O vir dolorum, qui super lignum crucis
Mundi tulisti crimina,
Nimio labore membra fractus omnia
Dum pergis ad mortis locum:
Ignosce quæso pigro & ingrato mihi,
Ignosce prauo & sordido,
Omnesq; clemens noxias ac debita
Seruo remitte supplici,
Vt debitori millium quondam decem
Rex ille mitis scribitur,
Qui supplicantis vnica motus prece
Donauit ingens debitum.
Da pœnitere serio, precor, mihi
Lapsusque fletu tergere:
Vt per salubre malagma pœnitentiæ
Lasciua purgetur caro,

Et quic-

Et quicquid in me displicet oculis tuis
Gemitus amari deleant:
Descendat oro, cordis in fundum mei
Densis opertum sentibus,
Vehemēs amoris flamma, quæ syluestria
Fruteta quæque exterminet,
Reddatur vt mens apta, quæ tam nobilis
Gaudere possit hospite.
Extingue motus carnis impurissimæ
Dulci imbre sancti spiritus:
Oculumque mentis lippientem nubilo
Viuo repurga lumine,
Vt corde puro liberóq; ab omnibus
Affectionibus malis,
Nullæ morentur inquinatum angustiæ
Celebrare sacrum dum paro.
O viue panis qui piarum es mentium
Hic esca, virtus, gaudium,
Idem futurus præmium æternum tuis,
Diuis vt es nunc omnibus
Qui claritatis aureum iubar tuæ
Vident apertè & perpetim.
Defende (quæso) vanæ ab aura gloriæ,
Omniq; prauæ nubilo
Affectionis, inanibúsq; phasmatis
Et pectus & sensus vagos:

Audire

Audire nequid, cogitare, aut cernere
Contingat inuisum tibi,
Tam celsa tractant dum manus mysteria,
Oculique coram te vident:
Procul facessat hinc libido fœtida
Curæque mundi sordidæ,
Nec vlla sese fœda imaginatio
Seu cogitatio ingerat,
Stans ante cœli principem inter angelos
Mens occupatur dum sacris:
Compesce saltem versipellem ac turbidum
Tantis per aduersarium,
Dum consecrando totus insto corpori,
Transitque vinum in sanguinem:
Ne turbulento (vt assolet) tunc impetu
Cor occupatum subruat:
Animúmue fumis inuolutum & somnijs
Tibi fraudulenter subtrahat:
Sed expedita mens ab omni imagine
Euanidisq; phasmatis,
Sic vniatur tota Christe tunc tibi
Vt fluxa spernat omnia:
Te præter vnum concupiscens hic nihil,
Qui melle es omni dulcior,
Te luce quærat, te per vmbras sedulo,
Desideretque iugiter,

Tuiq;

Tuique capta ſuauitate ſpiritus
Caduca ſic faſtidiat,
Vt fœda carnis vota prorſus oderit
Vaniq; fucos ſœculi:
Qui faſcinatum cor vetarunt hactenus
Tibi lux beata vnirier,
¶ *O manna verum rore opertum cœlico,*
Gelida vt pruina candicans
Quod in piorum mentibus refrigerat
Stimulos & æſtus noxios,
Omnem profecto per modum præſtantius
Illo inclyto patrum cibo
Quo victitauit tot per annos in typo
Semen fidelis Abrahæ:
Tu filiorum delicatus es cibus
Mire ſaginans ſpiritum,
Cibus profecto regius quem mittere
Ante rabidos nefas canes:
Tu Chriſtianæ gentis eſca nobilis
Corruptionis inſcia,
Contaminare nulla quam labes poteſt
Sit fœda & atra quàmlibet:
Sed ſemetipſos interim grauiſſimo
Scelere execrandi polluunt
Tam ſancta quotquot mente tractant ſordida
Et inquinato corpore,

Ad te

Ad te irruentes ceu prophanum ad pabulum
Amator & flos virginum.
¶ *O pacis arra nostræ, & arca fœderis*
Auro intus & foris nitens
Mundo videri corde quæ desideras
Sanctoq; ferri corpore:
Væ, mente quotquot te impudica tangere
Manibus vel audent lubricis,
Non expiati pectus ante putidum
Confessione flebili:
Labijsq; eisdem virginis castissimæ
Deiq; sumunt filium,
Quibus osculari labra scorti putidi
Loqui ve spurca sueuerint:
Væ væ pudenda fœtidis libidine.
Et mollibus potissimum:
Qui semetipsos (res nefanda) polluunt
Ardore abominabili.
Væ, quotquot execrabiles facti Deo
Vitijsq; plurimis graues,
Tam sancta tractant impie mysteria
Lasciui, auari, liuidi,
In olens sepulchrum tabidi cordis sui
(Tanquam in cloacam publicam)
Te magne viuinate mittentes Dei
Cœliq; rector & maris:

Ame

Digitized by Google

A me benigne factor, oro sit procul
Temeraria hæc audacia,
Vt purulento læsus vllo vulnere
Me rebus ingeram sacris
Nisi rite crimen ante fassus, anxie
Placare te contendero.
¶ *O lumen orbis, ô patris sapientia*
Plenissimè illustrans tuos,
Me fœculentæ carnis addictum nimis
Adhuc pudendis gaudijs,
Rudemq; plane in occupationibus
Studijsque spiritalibus
Dignare crebrò spiritus afflamine
Docere, quæso, plenius
Quo cordis æstu à me coli desideres
Quæri, timeri, diligi:
Infunde lumen largum & efficax mihi
Vt scire plenius queam,
Qua puritate, charitate, spe, fide,
Tremore, diligentia,
Quibusq; posthac lachrymis à me velis
Suspirijsq; suscipi:
Vberrimorum particeps vt fructuum
Tam nobilis fiam sacri,
Conuiuijque, gratiarum munera
In quo hauriuntur affatim:

Vt cre-

Digitized by Google

Vt crescat in me vera semper charitas,
Patientia & benignitas:
Roburque menti feruor & vigor nouus
Tribuatur atque puritas:
Aliæque dotes spiritales id genus
Opesque ditent pauperem:
Longeque pulsis, ceu phalange barbara,
Affectibus carnalibus
In aperta mentis castra sensim confluat
Amica virtutum cohors,
Amor, timórque castus, innocentia,
Alimoniæque parcitas,
Cum castitate, modestiaque amabili,
Veraque sanctimonia:
Quo nostra fiat spes subinde firmior,
Alacriorque spiritus,
Dum pignus illud sempiternæ gloriæ
Arramque regni sumimus.
¶ *O dulcis hospes mœsti & ægri pectoris*
Amore quod languet tui,
Fons semper omni suauitate profluens
Licet impijs incognita:
Sentire fac me Christe Iesu vel semel
In intimis præcordijs,
(Tibi corde anhelo vota dum pando mea,
Trepidoque ore sumens)

illam

Illam beatam & incxplicabilem tuæ
Præsentiæ dulcedinem,
Qua nunc subinde pascis electos tuos
Dulcesq; filios pater:
Quos hîc saginas vsque mellitissimo
Adipe & medulla tritici,
Hoc est, sacrati corporis tui cibo
Quo nullus est præstantior:
Caliceq; potas omnium clarissimo,
Dulcissimóque nectare,
Affectiones quod parit mundissimas
Mentes inebrians pias.

CLARISSIMO VIRO
Domino Præsidi Viglio.

Succincta lumbos (sis vt expeditior)
Gressu volucri Musa Bruxellam pete,
Procerum vetustam principumq; regiam:
Cuius superbis iam recepta mœnibus
Notas ad ædes perge amici Præsidis:
Oculisq; lætis ac modestè blandulis
Mea Musa versu dic trimetro plurimam
Ex me salutem Viglio Zuichemio:
Quem sanctioris Cæsar esse principem
Voluit senatus nostræ in Aula Belgicæ:

Prius memento sed aliquamdiu tibi
Inter clientes ambulandum in atrio,
Donec vel ille prodeat, vel te vocet
Negociorum mole semper obrutus.
Admissa porrò qua vales facundia
Modestiaq; debitas age gratias,
Ciuilitati ipsius humanissimæ,
Qui tam benignè, amicè, & hospitaliter
Tractare pergat hospitem pauperculum,
Offerre nobis vltro consuetus sua
Quoties adire cogor illum & alloqui:
Si fors rogabit, quid noui iam moliar,
Dic corrigendis occupatum versibus,
Prodire nostra possit vt purgatior
Politiorq; Sylua tandem & auctior.
Addes, precari me, istud vt Poëticum
AEqui boniq; consulat munusculum,
Reiq; lassum publicæ negocijs
Varijsq; curis ac molestis spiritum
His recreare aliquando curet versibus,
Ad conditoris optimi quos gloriam
De mane verno & solis ortu scripsimus:
Memorq; factus illius summi boni
Et increatæ lucis ac dulcedinis,
Ex conditorum amœnitate & gratia
Amare discat Christum Iesum ardentius.

Quem

Quem mundus iſte cœcus, ingratus, miſer
Nec noſſe quærit, nec timet, nec diligit:
Licet ille nunquam plaſma negligat ſuum,
Homini fruenda iugiter dans omnia
Noſtros quotannis alma quæ progerminat
Tellus ad vſus, commoda, & ſolamina:
Blandis tot herbis floribuſq; ſingulos
Vernans per annos, ceu viretum nobile,
Hortuſque docta conſitus Dei manu.

SACRATISSIMO corpori & ſanguini Chriſti.

AVe tremendi germen & verbum patris
Qui cuncta per te condidit,
Lux ſempiterna de perenni lumine
Deuſq; de vero Deo:
Promiſſa nobis plurima ante ſæcula
Optata & efficax ſalus:
Aue ſuprema, ſingularis, vnica
Noſtræ ſalutis hoſtia,
Horroris in te continens prorſus nihil
Cruentæ vt olim victimæ:
Panis meriq; ſed latens ſub congruo
Amabilique tegmine.

Aue beata Christi & innocens caro
Perpessa plagas & crucem,
Nulli sed vltra passioni obnoxia
Huiusq; vitæ iniurijs,
Postquàm sepulchro prodijsti luridæ
Mortis soluta nexibus.
¶ *O mensa summi regis, ô conuiuium*
Absconditæ dulcedinis,
Vbi Deus ipse (res stupenda) sub breuis
Libi figura sumitur,
Eiusq; amara passio multiplici
Reuocatur ad mentem modo:
Et omne donum spiritalis gratiæ
Infunditur fidelibus,
Blandamq; nobis pignus æternæ datur
Vitæ, salutis, gloriæ:
Quàm mira, quàm profunda, quàm sublimia
In te latent mysteria!
Quis illa digne sermo poterit eloqui,
Hominum ve mens comprêndere?
Vincunt profectò tam retrusa nõ parum
Humani acumen spiritus:
Quæ cùm necesse sit fideles credere
Vt sponsa Christi nos docet,
Rudi popello nostiquàm exacta tamen
Scrutanda sunt imagine:

Trans-

Transgressa fines paruitatis ne suæ
Mens in tenebras corruat,
Sublimiora viribus longè suis
Dum curiosa quæritat:
Vsuuenire plurimis quod assolet
Sapere alta qui volunt nimis,
Modulumq; rapti longius supra suum
Ratione certant assequi,
Quod est necesse simplici, sed masculæ
Amplecti & integra fide.
Autoritati cùm sit ergo Ecclesiæ
Sacrisq; credendum libris,
Concordibusq; tot patrum sententijs
De vero Iesu corpore
Summo monarchæ quod dies per singulos
Offertur in liturgijs:
Procul repulso cordis omni scrupulo,
Nihilq; prorsus hæsitans
Supplex adoro te perennis veritas,
Seruator & plastes meus:
Sub panis istic & meri verè latens
Amabili velamine,
Tam glorioſus, integer, magnus, potens,
Quàm cœli in aula cerneris.
Se subdit ecce cor meum prorsus tibi,
Ac præ stupore deficit,

Tam mira spectans, tam stupenda, tam nouæ
Hîc occuli mysteria:
O! factus in te cum sapore fallitur,
Tactusq; noster & oculi,
Soliq; tuto auditui istic creditur
Verbisq; summi principis.
Assertione veritatis quid potest
Perennis esse certius?
Nos certè apertis docti Iesu vocibus
Non possumus seduciêr.
Istic proinde credo, fateor, assero
Adesse filium Dei:
Niuei latentem sub figura farrei:
Ipsissimum Christum tamen,
Pro me pependit qui cruento in stipite,
Clauditq; dexteram patris:
Nec enim figura dixit autor omnium
Hic panis est carnis meæ:
Calixq; signum est iste sanguinis mei
Vini liquorem continens:
Sed panis (inquit) quẽ dabo caro est mea,
Et vita & esca mentium:
Rursumq; sanguis iste (dixit) est meus:
(Actis parenti gratijs)
Apostolisq; sumite inquit, & edite
Hoc est enim corpus meum.

Quid

Digitized by Google

¶ Quid luculentis hisce testimonijs
Proferri apertius potest?
Vel noctuino quæ vident mysteria
Vmbrasq; opacas lumine
Verbis in istis subdoli errorum fabri,
Tumidi, arrogantes, impij?
Verbis vel ipso sole clarioribus
Nisi cœca mens prorsus foret:
Ecquid necesse hîc fluctuare, vel nouos
Sensus troposq; fingere?
Cum veritatis omnibus sententia
Aperta sit fidelibus:
Nihil ista sanè verba sanis ingerunt
Obscuritatis hominibus,
Quotquot Latinum idioma callent (hoc meum
Est corpus, hic sanguis meus)
Et quæ sequuntur (pro salute quod datur
Vestra cruentas in manus:
Et ad abolenda criminum piacula
Qui plurimus fluet cruor)
Proinde mendax erubescat hæresis
Quæ ferre solem non valet,
Mediáque luce tanquam opaca noctium
Impingit in caligine:
Autoritatis dum sibi plus arrogat
In rebus & libris sacris

Quàm tota plebis Christianæ Ecclesia,
Episcopiq; & Pontifex:
Suóq; credit sensui longè amplius,
Industriæ, & prudentiæ,
Quàm tot piorum & eruditorum patrũ
Doctissimis sententijs,
Electa sancti quos fuisse spiritus
Et templa constat & organa.
Da saniorem Christe mentem errãtibus
Hæc quotquot infecit lues,
Fidei salubre lumen infundens sacræ
Cœcis eorum cordibus:
Vt esse certo corpus hoc credant tuum
Quod plebs adorat cernua,
Postquàm sacerdos stans ad aram protulit
Verba illa sacratissima
Quæ primus ipse protulisti, formulam
Dans consecrandi posteris.
¶ *O res stupenda, sola quam capit fides:*
Mox consecrata vt hostia est
Cereris meriq; forma, tactus, & sapor
Immota permanent quidem,
Sed solus illic Christe verus es Deus
Genitrice natus virgine:
Hæc ergo credens, quæq; credi Ecclesia
De pane viuo hoc p[illegible]cipit,

Hominem

Hominem Deumq; corde adoro & corpore
Veneranda in Eucharistia,
Petóq; supplex quæ poposcit inclytus
Rex & Propheta pœnitens,
Dum crimen atrox voce adulter flebili
Deplangeret coram Deo,
Ablata somno noctium silentia
Flendo ac gemendo transigens.
¶ *O sol perennis, vnicum mundi decus,*
Lux vera mentium & salus,
Qui corda solus viuida illustras fide
Et multiformi gratia,
Spei vigore Christiana roborans
Sanctóq; amore pectora:
Da summa de te quæq; semper & optima
Nihil ambigendo credere,
Omnemq; mœsti cordis in te iugiter
Spem ponere & fiduciam:
Vt cum tremore filiali & gaudio
Alacrius psallam tibi,
Tuoq; posthac seruiam fidelius
Plastes benigne numini.
Immitte flammas charitatis igneæ
In languidum hoc cor (obsecro)
Vt quærat vltra sole nil sub aureo,
Nihil amet, expetat nihil,

Te præ-

Te præter vnum Christe, qui solus potes
Satiare mentem perpetim:
Tu namq; flumen, imò abyssus & mare
Es omnium charismatum,
Veræq; pacis, gaudij, dulcedinis,
Vitæ, salutis, gloriæ:
Sine te, tuáq; amabili præsentia,
Dulcissimoq; spiritu,
Confusa, opaca, inculta, squallida, horrida
Sunt omnia istic vndique,
Obtecta latè sæculi caligine
Densaq; nocte criminum:
Quasi siquis isto tollat à mundo iubar
Solaris ardens lampadis
Furuis tenebris misceantur omnia,
Horrore, mœstitudine,
¶ *O panis almæ, cuius est fidelibus*
Ostensa virtus in typo,
In pane, mœrens quo refectus Helias
Iter peregit maximum,
Exusta iugi ardore solis ignei
Deserta cursim permeans:
Largire robur spiritus (precor) & mihi
Afflicto, egeno, debili:
Arcano vt huius nobilis viatici
Factus vigore fortior

Transi-

Transire posſim cum Propheta feruido
Per vastam eremum ac torridam
Seuerioris instituti, & seriæ
Stabilisq; penitentiæ.
Sublimis vsq; ad inclytum montem Dei
Montem perennis gloriæ.
¶ *O quando fiet quod subinde ex intimis*
Præcordijs desidero?
(Postquàm quietem non datur veram mihi
Reperire in hoc ergastulo)
Huius relicto quando mundi carcere,
Grauique carnis sarcina
Te cum beatis intuebor angelis
In arce cœli fulgida?
Non sub rotundi candidiq; mystico
Libi latentem schemate,
Sed in paternæ claritatis gloria
Immerso amictum lumine:
Coramq; cernens glorioſi corporis
Iubar, decorem, vulnera,
Satiabor intus & foris, lautissimis
Diuinitatis ferculis:
Fœlix at illa donec hora aduenerit,
Finemlaborum quæ feret,
Nos hîc cibabis interim hoc viatico,
Quo pascis affatim tuos,

Vitæ

Vitæ perennis amore capta ſuauiter
Crebroq; mulcens pectora.

IN COMMENDATIONEM Syluæ piorum carminum, Epigramma fratris Adriani Hecquetij, Carmelitæ Atrebatini.

Si ſectatur aues per deuia ſubdolus auceps,
Si piſces vaſtũ per mare nauta vagos,
Si iuuat immodico ſed inani ſæpe labore
Venari quaſuis luſtra per alta feras:
Si denſas nemoris frondes miraris amœni,
Omne genus lectis quod viret arboribus:
Hanc magis in Syluam libeat ſcecedere lector
Quæ tibi longe iſtis vtiliora feret:
Quæq; piam recrcent mentem paſcãtq;, virẽtũ
Pluſquam lucorum defluus omnis honor:
Non etenim hæc glandes profert, nõ mora rubeti,
Non viles ſiliquas Sylua, cibosque ſuum:
Inclyta ſed veræ pietatis germina, & aptas
Curandis animis eximiasq; dapes.
Huc igitur Iuuenes greſſu properate citato,
Hic veras mentis quærite delicias:

Hinc

Digitized by Google

Hinc venare tibi sacra candide dogmata lector,
Quæ velut ex liquido plurima fonte fluunt.
Carmina quæ vates quondam scripsere prophani,
(Quantumuis vena diuite luxurient)
Vix vllis animi morbis vomicisq; mederi
Addere vel stimulos ad meliora solent:
At quantum poteris solidi medicaminis istinc,
Quasque tibi mentis carpere delicias,
Plurima te totum per opus dispersa docebunt
Non ficta Christum quæ pietate sonant.

Digitized by Google

QVAE EXCVSO OPERE mutanda occurrerunt.

Pagina 3. lege Terrenis hæc ſit Pa.6.linea 10. ingratiſsimi Pag. 14. li.4. Protenſo indice Pa.30. li.1. faſtidia rerum Pa.36. li.22. Byſſum cum cocco Pa.46. li.1. Linguæ ſtultitiã Pa.52. li. 2. Subire, & illic Ibidẽ li.20. quid puellus Pag. 56. lin. 25. ſtrenuéque crapulæ Pa.60. li. 16. rimulæ Pa.67. l.2, declinaueritis Pa.125. li.18 Frẽdens, fremẽsq; Pa.136 l.1. nebulasq; reſolui Pa.159. li.24. contagio Pa.176. li.7. Ad varios Pa.185. li. 21. Diſcerptor Pa.203. li.5. iocosq; tãtum Pa.240 li.20. Seſponſus ille Pag.279. li.22. Spreuere poſtq; Pa.284. li.8. Cur Vllius Pa.300.li.17 Prouentus fluxit aquarum

Cætera Lector facile deprehendes, & pro tuo arbitrio cũ peccatis orthographiæ benignè corriges.

Digitized by Google

Cautum est Priuilegio Cæsareo, ne quis intra triennium citra voluntatem Ioannis Vaen bibliopolæ Iurat. aut imprimat, aut alicubi impressum importet, venalémue habeat hunc librum, cuius titulus est: Sylua piorum carminum F. Lewini Brechti minoritæ, Idq; sub pœna confiscationis librorum, & viginti florenorum, prout latiùs est expressum in diplomate Cæsarei consilij, dato Bruxellæ penultima Maij. An. M. D. LV.

Signat. P. de. Lens.

Approbata per M. N. Dominum Petrum Curtium Pastorem diui Petri Louanij.

LOVANII
Typ. Reyneri Velpij Diesteñ.
Typographi Iurati.

Digitized by Google

Digitized by Google